




BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXV
B
28
NAPOLI





NICOLAI MACCHIAVELLI
CIVIS ET SECRETARII Florentini,

DE ARTE MILITARI
Libri ſeptem,

IN LATINUM SERMONEM traducti, multisq; in locis reſtituti.





ARGENTORATI
Impenſis LAZARI ZETZNERI, Bibliop.

M DC X.



PRÆFATIO NICOLAI MACCHIAVELLI

Civis & Secretarii Florentini in Librum de Arte Militari:

AD LAVRENTIUM STROZZIVM NOBILEM FLORENTINUM, PHILIPPI Filium.

FUERUNT haud pauci, atq; etiamnum reperiuntur, quibus persuasum est, nihil adeo inter se differre tantoq; intervallo disiunctum esse, quantum vita militaris à civili distare videatur: unde usuvenire cernimus, si qui ad militiã animum adplicuere, eos non modo vestium mox aliam rationem inire, verum etiam in moribus, consuetudine, voce, quin etiam incessu omnem civilem modum fastidire: civile

ſiquidem atq; receptum veſtium genus illis vix convenire iudicant, quibus ad vim inferendã expeditis ſemper eſſe libeat, neq; mores urbanos in illum competere, qui eos tam muliebres atq; effœminatos eſſe, quam ſuis conatibus nihil conducere, perſuaſum habet: neq; tandem vocem inceſſumq; priſtinum illum decere, cui ipſo aſpectu auſteriore atque blaſphemiis homines exterrefacere propoſitum ſit: quo quidem fit, ut ea opinio hoc quidem ſeculo quam veriſsima eſſe cõperiatur. Quodſi vero antiquos conſiderare mores velimus, nihil tã unitum, ſibiq; omnino conveniens, quod vel neceſsitate ipſa ad mutuam benevolentiã tantope-

e alliciat, quam duo hæc vitæ instituta facile comperiemus: õnes siquidem artes, quæ ad constituendam civilem congregationem communi hominũ bono receptæ sunt, leges præterea sanctionesq́ omnes, quæ divinum cultũ rẽq́ ipsã publicã spectant, irritæ atq; vanæ forent, nisi esset quod eas tueretur atq; defenderet, quod quidẽ rite recteq́ constitutum eos etiam ipsos conservat, qui alioquin minus recte constituti sunt. Hinc ergo contra emergit, ut bonæ consuetudines absq; militari adjumento nõ secus pessumeant, ac regias superbasq́ ædes, quantumvis auro gẽmisq́ illustratas, nisi imbres pluviæq́ inde arceã-

tur, tandem corruere videamus. Eapropter si qua unquam in re pro tuendis regnis Rebusq; publicis, conservandaq; fide, pace, Deiq; in humanis mentibus timore sedulo ab antiquis invigilatum fuit, eam curam in re militari stabilienda quam accuratissimam fuisse manifesto animadvertimus: Enimvero ex quonam hominum genere Respub. majorem fidem sperare merito debeat, quam eo, cui pro patria mori stipulatum est? apud quē porro pacis desiderium potius vigeat, quam apud eum qui solo ex bello offendi potest. Cui porro Dei timor penitius menti inhæreat, quā ei cui indies creberrimis periculis exposito, eo ma

is divinum auxilium expetendum est? Atq; hæc quidem necessitas studiosius disputata tam ab is quorũ erat Imperiis jura dare, quam qui rei militari præponebãtur, vitã eorum qui militiæ operam navabant, tam laudatam, quam omni studio sectatam constituebat. Quod vero leges militares hoc ævo plane corruptæ atque maximo intervallo à prisco genere separatæ sint, inde sane sinistræ istiusmodi opiniones, quibus militia male audit, atq; illi q̃ eam sectãtur, posthaberi atq; negligi solẽt, exortæ sunt. Postquam vero ex iis quæ ea de re tam conscripta legere, quam videre mihi licuit, persuasũ habeam, nõ adeo

deploratam nostram militiam esse, quin ea quodammodo rationibus priscis restitui, atque ad antiquã virtutẽ revocari poßit, constitui equidẽ, ne otio hoc meo nihil agẽdo abuterer, in gratiã eorũ qui antiquitatis studio delectantur, ea quæ hac de re mihi cognita perspectaque sunt, literis cõprehẽdere. Licet vero arduũ sit, ea de re, quã nõ tractaveris, verba facere, peccare tamẽ eum vix cẽseam, qui verbis ad eũ gradũ conscẽdere conetur, quẽ alii lõge majore temeritate factis occupare minimè erubescunt: errata siquidẽ, si quæ forte calamus cõmiserit, facile citra ullius detrimentũ retractari poßint, ea vero quæ isti agẽdo peccant, nõ nisi cũ interitu

ampliſsimorũ imperiorũ cognoſci queãt. Tibi vero Laurẽti hoſce meos labores dijudicandos relinquo, tibiq́ integrum eſto, iis ſive laudibus ſive reprehẽſionibus os inſignire, quibus dignos eſſe pſemet decreveris. Atq; eos quidẽ ideo ad te mitto, cũ ut ob beneficia in me profecta, licet ea referre nõ valeo, gratum animum tibi eſtatum relinquã, tum ut etiam ngenue profitear, poſteaq̃ cõſuetudine receptũ ſit, opellis iſtius modi honorẽ iis deferre, quos nobilitate, divitiis, induſtria atq; liberalitate excellere cognoverimus, e quidem divitiis atq; nobilitate pares habere nõ multos, ingenio atq; induſtria raros, liberalitate andem neminem.

TABULA PRÆCIPUORUM CAPITUM QUÆ opere hoc continentur.

PRIMO LIBRO.

Num

IN SECUNDO.

IN

TABULA
IN TERTIO.

IN QUARTO.

Scipio-

IN QUINTO.

IN SEXTO.

Quantum

IN SEPTIMO.

NICO-

NICOLAUS MACCHIAVELLUS CIVIS ET Secretarius Florentinus Lectori.



Uo tibi, lector benevole, dispositio exercitus atq; castrorum quae in libello nostro descripta sunt, luculentius pateant, operae pretiũ me facturum duxi, si ea figuris delineata tibi exhiberem, cui quidem rei notae, quib. ad singula mẽbra exhibẽda usi sumus, prius explicandae fuerint. Sit igitur earum haec interpretatio.

•	Scutatos.
n	Hastatos ordinar.
m	Hastatos extraordinar.
x	Decuriones.
V	Velites ordinarios.
u	Velites extraordinarios.
C	Centuriones.
T	Tribunos.
D	Ducem legionis.
A	Ducem supremum.
Z	Classicines.
S	Signa.
r	Cataphractarios.
•	Equites levis armaturae.
⁞	Tormenta.

Errata

Errata sic corrigito.

P. 7. l. 29 le. publica. p. 9. l. 29. le. debeo. p. 14. l. 8. le. ea. p. 15. l. ult. le. proclive erat. p. 20. l. 1. le. quiq; incumbant. p. 28. l. 3. le. exercitui. p. 36. l. 28. le. torosa. p. 41. l. 28. le. magna. p. 45. l. 11. le. à legione. l. 24. le. manus. p. 49. l. 24. le. parma. p. 55. l. 13. le. erat. p. 67. l. 1. le. præcipuæ. p. 69. l. 20. le. eosq;. p. 79. in typo desunt centuriones quatuor. p. 109. l. 8. sic distingue, Consumebat itaq; &c. ib. l. 9. le. jactura. p. 116. l. 6. de e verba, aliter legionem &c. atq; ea in marginē rejice. p. 121. l. 7. le. invaserint. p. 132. l. 30. le. hoc. p. 133. l. 26. le. eosq;. p. 157. l. 16. le. elicere. p. 159. l. 14. le. quod p. 160. l. 25. le. cōcubia. ib. l. 29. le. reliquijs. p. 161. l. 14. le. conantur. p. 194. l. 8. le. nimium. p. 196. l. 1. le. quo. ib. l. 14. le. verticosum. p. 198. l. 10. le. posset. ib. l. 25. le. negligentius. p. 202. l. 21. pro quadraginta, le. duodecim. p. 214. l. 14. le. opifices. ib. l. 18. le. opificibus. p. 220. l. 7. le. transpadãos. p. 227. l. 28. le potuerint. p. 232. l. 6. le. suspectām. p. 241. l. 8. le. quisquam. p. 242. l. 10. le. eum quem. p. 247. l. 27. le. ea pars. p. 250. l. 22. le. dilatabantur. ib. l. 28. le. exstruere. p. 251. l. 12. le. craticulata p. 258. l. 10. le. Nuceriæ. ib. l. 12. le. Urbinatē. p. 262. l. 14. le. epistola. p. 263. l. 19. le. ille. p. 264. l. 8. le. casamattam p. 269. l. 7. le. quemq;. p. 270. l. 11. le. annona. p. 271. l. 11. le. Venetis. p. 274. l. 21. le. venirent. p. 278. l. 25. le. diffluerer. in typo castrorum le. opificum mansiones.

Reliqua si quæ in vocibus aut distinctionibus occurrent errata lector benevolus atque industrius haud difficulter ipsemet corriget.

LIBER

LIBER PRIMUS DE ARTE MILITARI NICOLAI Macchiavelli civis & Secretarii Florentini.

AD LAVRENTIVM STROZzium, Philippi Filium nobilem Florentinum.

POSTQUAM perſuaſum habeam, ab obitu quemvis citra invidiam laudari poſſe, cum id temporis omnis ſuſpicio adulationis procul abeſſe ſoleat, non verebor cõnendare Coſmum Rucellaium noſtrum, cuus nunquam ſine lachrymis recordor, utpoe in quo omnes partes, quæ amicum amico, onumque civem patriæ commendare meritò oſſint, abunde deprehẽderim, nec ſanè quiduam adeo ipſi proprium cognoverim ne anina quidem ipſa excepta, quod non in gratiam micorum exponere paratus, neq; aliud tam rduum, quod illum reprimere potis fuerit, i patriæ bono id tentari poſſe judicaſſet.

Fateor præterea ingenuè, in tanto mortaliım numero quos videre & cognoſcere mihi icuit, nullum mihi unquam obtigiſſe, cui aıimus ad magna altaq; conanda adeo incenıus inflammatusq; æquè fuerit. Neq; etenim ım animam agens quidquam magis indoluit,

coramque amicis conquestus est quam quod sibi adolescenti ex Parcarum decreto, inter parietes domesticos obscuro, antequam in juvādis amicis animo suo satisfieret, moriendum esset, nihil nimirum sui in ore amicorum superfuturum querens, quam bonum saltem amicum ipsis subductum fuisse. Nihil tamen obstat quo minus tam nobis quā reliquis qui ejus consuetudine ęque ac nos utebantur, virtutum ejus vestigia, licet effectu destituantur tanquam idoneis testibus prædicare liceat. Neq; verò interim fortunam adeo adversam undequaq; expertus est, ut non aliqua monumenta industriæ præstantisque ipsius ingenii nobis supersint, cujus rei fidem facere queant quædam amatoria ejus scripta & poëmata, quibus ad evitandum otium (nam amasse eū non liquet) occupare in juvenili ætate animū ipsi libuit, donec illum ad altiora fortunæ ductu adplicaret: ex his etenim ubertim apparet, quanta dexteritate & felicitate animi sui sensus explicaverit; quantumq; decus atq; ornamentum poëtis nostri seculi allaturus fuerit, si hic scopus ipsi propositus fuisset. Postquam igitur fatum tam insigni amico nos orbatos voluit, nihil remedii nobis superesse arbitror, quam ut omni studio elaboremus, quo ipsius memoria apud nos perpetuo vigeat, & acutè ejus dicta prudenterque disputata optima fide recolantur, atq; ab interitu vindicentur.

Cum

ım autem ex ijs nullum recentius monu-
entum extet, quam memorabile illud collo-
ıium, quod non adeo dudum cum Domino
bricio Columna in propriis hortis habuit,
ıi copiosè heros ille de re militari, magnam
ırtem ad Cosmi acutas & prudentes quæsti-
ıes, disseruit, cui cum aliquot amicis meis
se interfui, placuit mihi hoc in memoriam
vocare, ut habeant ex nominis Cosmiani
ıdiosis qui colloquio interfuerunt, quo a-
mum recordatione suæ virtutis oblectent,
liqui verò, tam quod non interfuisse doleāt,
ıam quo multa nō solum militari sed etiam
vili vitæ saluberrima à sapientissimo belli
ıce disputata percipiant & addiscant. Res
ıq; sic se habet. Cum Fabricius Columna
Insubria in qua aliquot annos summa cum
ıde Regi Catholico militaverat ad suos re-
rteretur, visum ipsi fuit Florentiā pergenti,
quot dies ibi subsistere, tum ut ducem Illu-
issimum salutaret, cum ut veteres ex nobi-
ate amicos quos ibi superesse noverat, con-
niret. Placuit itaq; Cosmo nostro ipsum
hortos suos invitare, non saltem ut libera-
ati solitæ insisteret; quam ut ea occasione
libitum cum illo conferret, multaq; & va-
, tanquam à viro celeberrimo, cognosceret,
eoq; animo suo variarum rerum studiosis-
io abunde satisfaceret. Venit Fabritius vo-
us, atq; à Cosmo cum aliquot amicis quos

ſibi conjunxerat honorificè exceptus. è quorum numero fuerunt Zanobius Buondelmōtius, Baptiſta de Palla, & Ludoicus Alemannus, adoleſcentes quos parium fervor ſtudiorum ipſi familiariſſime conjunxerat, quorum quidem laudes, ut quę ſe omnium oculis quotidiè offerunt, lubens prætereo. Fuit itaq; Fabricius, quantum quidem tempus locusq; patiebantur, ſummo ſtudio atq; honore habitus, verum menſis remotis, abſolutisq; pro more ceremoniis & feſtivitatibus, (quod genus recreationis viris cordatis quibus animus altiora ſapit, breve eſſe ſolet) cum & diei multum ſupereſſet, atq; ęſtus non parum urgeret, Coſmus, ut deſiderio ſuo potiretur ex re conſilium capiens, opaciſſimum atq; ſecretiſſimum horti ſui locum petendum ſuaſit; quò cum ventum & tam in herba, quam ſedilibus id loci collocatis, ſub umbra proceriſſimarum arborum diſcubitum fuiſſet, laudabat Fabritius amœnitatem loci, & arbores ſingulatim oculis perluſtrans, atq; aliquas ignoti generis cōſpiciens mente hærere videbatur. Id animadvertés Coſmus, videris inquit, Fabriti quaſdam arbores hujus loci minus agnoſcere; ſed non eſt quod mireris, cum earum quædã plus antiquitati, quam noſtris uſibus celebres fuerint, quarum nominibus recitatis, atq; cura avi ſui Leonhardi, quam in hortorum culturam aſſiduè gerebat commendata, ſubjunxit Fabritius

tius, ego quidem id quod dicis, ſic ſe ha-
:e facilè conjiciebã, mihiq; hic locus cul-
;q; quoſdã Illuſtres viros Regni Neapolita-
in mentẽ revocabat. qui ſimilibus culturis
ıbriſq; delectantur. Quibus aliquãdiu inſi-
ıs, iterumq; cogitabundus Fabritius addi-
: Enimverò niſi cuipiam moleſtus eſſe ve-
er, quid hac de re ſentiam, lubenti animo
erirem, licet id inter amicos vix ſuſpicari
eat, præſertim cum animus diſquirere non
lumniari cupiat. An non longè melius actũ
et, (quod pace veſtra dictum volo) ſi hi nõ
iſtiusmodi deliciis & mollitie, ſed potius in
bus aſperis atq; fortitudine priſcos imitari
ıduiſſent, eoſq; æmulari non ad umbras, ſed
ſolis radios, adeoq; antiquitatis ſtudia vera
q; perfecta potius, quam ficta iſtiusmodi at-
ıe corrupta ſectari: cum conſtet ab eo tem-
ıre, quo Romani mei hiſce rebus delectari
eperunt, patriam meam peſſum iviſſe? Ad
ıæ Coſmus. [verum ne lectori faſtidium pa-
ıt tam crebra vocum harũ, hic dixit, ille ſub-
nxit, repetitio, deinceps nomina ſaltem in-
rlocutorum cujuſq; ſermoni adſcribemus]
: itaq; Coſmus. Aperuiſti oppido viam cõ-
bulationi, quam ego ſummopere deſidera-
ım, teque adeo oro, ut remoto omni ſcrupu-
nobis liberè ſententiam tuam promas, qui
ıdem libertate interrogando uti, neq; tamen
uærendo, aut replicando quenquam vel ac-

cuſare vel excuſare, ſed veritatem ſaltem inveſtigare & ex te cognoſcere cupimus:

FABRITIUS. Mihi quidem gratiſſimum erit omnia tibi patefacere, quæ ad quæſtiones tuas reſponderi à me queant, nū verò ea ſolida vel minus ſint, id tuo cōmitto judicio, adeoq; libenter patiar me interrogari, cum ea ratione tam ego tuis interrogationibus, quam tu reſponſionibus meis erudiri ambo poſſimus, ſi quidem non rarò contingit, ut prudens examinator multa conſideranda atque cognoſcē-da tibi offerat, quæ niſi interrogato nunquam in mentem veniſſent.

COSMUS. Ergo ad id revertar, quod primo dixiſti, avum nimirum meum ejuſq; ſimiles ſatius fuiſſe facturos, ſi in rebus arduis quā deliciofis & mollibus priſcos imitari maluiſſent, meoſq; hac in re excuſare conabor, tuos tibi defendendos relinquens.

Sanè id mihi certo de avo meo compertum eſt, vix ullum iſtius ſæculi virum extitiſſe, qui molle iſtud vitæ genus tantopere deteſtatus, è contra verò arduum atq; auſterum iſtum morem, quem tantopere laudare videris, tam ſedulo amplexus fuerit: interim tamen facile animadvertebat, neq; ſibi neq; liberis ſuis eū uſui fore, cum tam corruptiſſimo ſæculo viveret, quo à communi vitæ genere deflectenti nil niſi dedecus atque vituperatio expectanda erat: non ſecus ac Diogeni obveniſſe legimus,

qui

i sub caniculæ æstum nudus sese in arena lutando brumæve frigidissimo temporeni-›us atq; glaciei innatando, videri cupiebat. hodierno sæculo Spartanorum ad modum is liberos ad rus ablegare, sub dio somnium ›ere, nudis pedibus apertoq; capite ambu-e, frigidaque lavare vellet, quo laboribus ılisq; innutriti, vitam minus amare, mortē-e minus extimescere discant, an non censes iusmodi hominem explosum, imò non ho-.nem sed potius feram existimatum iri? Eo-mq; modo si quis leguminibus vesceretur, rumq; sperneret sicuti Fabritium fecisse le-mus, laudatores sanè esset habiturus pau-s, imitatorem certè neminem. Perturbatis :que præsentis sæculi moribus, antiquitate glecta, in eo illam imitari conabatur, quod inus admirationi videbat futurum. Fab. Fe-:iter sanè hac in parte avum excusasti atque ralocutus es, sed mihi non tam de ista auste-:ate, quam de aliis vivendi modis magis hu-anis sermo erat, qui ad sæculi nostri mores opius accedere videntur, & quos hodierno e introducere, nulli principum difficile fo-arbitrarer. Exempla nunquam non à Ro-anis meis petam. Si horum vita, hujusque eipublicæ instituta, propius considerentur, ulta occurrent, quæ introduci hactenus in tali publicè possint, in qua adhuc aliquid oni superesse animadverteris.

COSM: Quid verò istud esse queat, priscis usitatum, cui & nostro sæculo locus esse possit? FAB. Honorem exhibere nimirum virtuti, eamq; remunerari, paupertatem ignominiosam non habere, disciplinam militarem tueri sartam tectam, cives ad benevolentiã mutuam constringere & sine secessionibus partibusq; vivere, privatum publico posthabere, & alia his non absimilia, nostroq; sæculo non prorsus inconvenientia, quæ singula non adeo difficulter hominibus persuaderi possint, si ea debito modo ponderentur, justaque via proponantur: cum veritas in iis tam manifesto eluceat, ut quantumvis vulgare judicium ejus capax esse possit, hæc verò qui introducere aggrediatur, næ ille arbores sæverit, sub quarũ umbra multò felicius & jucundius humana vita, quam sub hisce tuis transigatur.

COSM: Equidem hisce omnibus, quæ hactenus dixisti, obluctari nolo, sed ea his dijudicanda relinquo, quibus de iis facile possit esse judicium: ad te verò sermonem convertam, qui illos accusas, quos in arduis & gravioribus actionibus priscos minus imitari conquereris, hac enim via mihi promptius satisfactum iri spero. Cupio itaq; ex te percipere qui fiat, quod eadem via tam eos accuses qui in actionibus suis priscis similes esse non cupiunt, quam ipsemet in re militari, licet artem illam profitearis atq; in ea excellere judiceris, nullos

los priſcorum terminos ſecutus ſis, aut ali-
d egeris, quod iis accenſeri merito debeat?
B. Opportunè eô devenisti, quô te maxi-
pere cupiebam, neq; enim ea quæ dixi ali-
reſponſum merentur, nec ego aliud expe-
bam. Licet verò facilis ad excuſationem
mihi pateat, cupio tamen utriq; noſtrum
uratiori ſermone, poſtquam id per tempus
ois licet, copioſius ſatisfacere. Requiritur
eo qui rem quandam aggredi conatur, ut
mum omni induſtria præparationi adeo in-
mbat, quo cum per occaſionem licuerit, ex
ini parte paratus ſit id effectum dare, quod
ſideratum deliberatumq; fuerat. Poſtquam
rò iſtiusmodi præparationes, ſi cautè tra-
ntur, ad notitiam hominum nuſquam per-
niunt, nemo ſanè negligentiæ accuſari poſ-
, priuſquam ex occaſione detegatur, ex hac
mum ſi res non ſucceſſerit cognoſcitur, ta-
n vel nō ſatis ſufficiēterq; preparationi ſtu-
iſſe, vel nuſquam de ea cogitaſſe. Me quod
tinet, poſtquam nulla occaſio ad demon-
andas preparationes à me factas, quibus mi-
ia antiquæ diſciplinę reſtitui queat, ſeſe mi-
hactenus obtulerit: quod eam non reſtitu-
im, neq; à te neq; ab alio meritò reprehendi
ebet. atq; hæc excuſatio, meo quidem judi-
o, accuſationi tuæ ſatisfacere poſſit.

Cosmus. Poſſet equidem, ſi mihi certo
onſtaret, occaſionem tibi hactenus defuiſſe.

FAB. Cum itaque noverim, te non immerito dubitare posse num ejusmodi occasio mihi defuerit, an defuisse saltem prætexatur, mihi quidem molestum nõ erit copiosius differere, modo æquo animo me audire paratisitis, quænam præparationes sint primo necessariæ, qualis indè occasio requiratur, quæ obstacula impediant, ne vel inventa juvent, vel ne occasio sese offerat: Similiter quomodo hæc res uno eodemq; tempore & difficilima & facilima effectu sit, quod secum pugnare videri queat. COSM. Mihi quidem adeoque sane nobis omnibus nihil exoptatius obtingere possit: neque etenim unquam te audiendo satiabimur, priusquam tu differendo defatigeris: quoniã verò hic sermo aliquam prolixitatem nobis pollicetur, pace tua amicos hosce meos mihi advocatos cupio, qui mecum unà hoc te rogatum volunt, ne quando molestia afficiaris, si fortè importunioribus quæstionibus oratio tua à nobis interdum interrumpatur. FAB. Maximè verò mihi jucundum erit, Cosme, me à te atq; his adolescentibus interrogari, arbitror etenim florem istum ætatis vos rei militaris cupidiores, eoque ad fidem verbis meis facilius adhibendam magis idoneos redditurũ. Reliqui isti, quod canitie jam matura provecti, eoque frigidiore sanguine agnoscantur, partim à bello abhorrere solent, partim jam desecti recusant, utpote quibus persuasum est

tempo-

porum non pravorum morum vitio ho-
ıibus recepto more necessario vivendum
. Interrogate igitur vos omnes audacter
iberè, id enim maximè volo, tam quod ea
one interdum me recolligere possim, quã
ɔd omnino nihil scrupuli in animis vestris
nquere cupiam. Ibi verò dicendi initium
iam, ubi ajebatis, in bello, arte nimirum
a, nullos prisci ævi terminos à me observa-
fuisse: ad quæ sic quidem respondeo, post-
am hæc ars ita comparata sit, ut iis qui huic
lidi sunt, non semper juxta leges honesta-
vivere liceat, neminem ea propter, nisi vel
:spub. sit, vel Rex, ea pro arte uti posse. Neu-
vero harum partiũ modo provinciæ ipsa-
m justis legibus pareant, subditis suis un-
am permisisse deprehendetur, bello pro ar-
uti, neque etiam vir bonus unquam illo pro
:e particulariter usus esse legitur: Vir enim
ɪnus is nunquam judicabitur, qui tali fun-
ioni deditus est, ad cujus emolumenta sem-
:r percipienda, ipsi necesse sit, rapacem, frau-
ılentum, violentum esse, multisque aliis
ıalitatibus implicari, quæ illum bonum esse
:cessariò minimè patiantur: neque tamen
omines, qui militia pro arte utuntur, tam
ımmi quam infimi ordinis, aliter comparati
se possunt, cũ hæc ars ipsos in pace alere ne-
ueat: Eam ob rem necesse habent vel bellum
erere, vel tempore belli violenter rebus suis

ita pro-

ita proſpicere, ut ſit quo in pace dignitatem vitamq; tueri profuſius poſſint. Neutrum verò horum in virum bonum cadere poteſt: nam quod cuiquam conſtitutum ſit ſemper abundare, furta inde, latrocinia, atq; violentia naſcuntur, quibus tam amici quam hoſtes opprimuntur: quod verò quis à pace alienus eſt, inde fraudes oriuntur ab iis potiſſimũ miniſtris exercitatæ, quibus bellum in longũ protrahi in lucro deputatur. Licet etiam aliquando pax conſtituatur, ſæpiſſimè eveniſſe vidimus ipſi, ordinum duces ſtipendiis deſtitutos, atq; ad civilem vivendi normam revocatos, voluntario milite circumvento atq; ad ſe traducto integras provincias miſerè pellum dediſſe. An non memoriæ veſtræ obverſatur, ut non adeo olim cum pax in Italia conſtituta eſſet, militesque abundarent, multæ militum manus, quæ compagniæ vocabantur, hinc inde conglobatæ oppida vicosq; occupaverint, afflixerint atq; omnis rapacitatis immanitatisque genere miſeros tãta audacia oppreſſerint, ut nullum violentiæ remedium par adinveniretur? An non legiſſe vos meminiſtis, milites Carthaginenſium, finito primo bello quod cũ Romanis habuere, ducibus per ſeditionem creatis Mathone & Spendio multo periculoſius bellum ipſis Carthaginenſibus intuliſſe, quam quod cum Romanis nupere geſtum erat? ſeculo itidem hoc noſtro Franciſcus Sforza, quo

quo in pace lautius viveret, Mediolanen-
uos decepit, atq; ex milite ipsorum, Dux
us, libertatem urbemq; Princeps tandem
upavit. Hujus similes omnes reliqui Itali
ites exstitere, quibus militia sola pro arte
:: Licet autem eorum non omnes duce ma-
ɔsorum animo Ducatus Mediolanensi pa-
adepti fuerint, nihil minus tamen vitupe-
di sunt, quod nimirum absque tam insigni
:mio, omnes (vita ipsorum si inspiciatur)
iter affecti inquinatique fuerint. Sforza,
ncisci istius pater, eò Reginam Joannam
:git, ut necesse haberet in manus & clien-
am Regis Arragonæ confugere, postquam
nirum illam subito deseruisset, atq; inermé
·diis inimicis exposuisset, saltem quo ambi-
ni suæ satisfaceret, & vel ipsam pro libidi-
exsugeret, vel Regnum ejus manibus ex-
teret. Braccius iisdem planè artibus insi-
ns conabatur Neapolitanum Regnum oc-
pare, & nisi mature profligatus atque ad A-
ileiam extinctus fuisset, id ex voto ipsi ces-
set. Istiusmodi sanè intemperiæ inde solum-
odò exortæ sunt, quod viri isti militiam so-
m pro arte habuerunt. An non proverbium
ɔbis tritū rationibus meis adstipulatur, quo
rtur, bellum fures serere quos paci laqueo
:metendos producat? ii etenim quibus nul-
m aliud exercitii genus ad vitam tuendam
pereſt, cum non habeant qui ipsis subveni-
at, ne-

at, neq; tanta virtute interim præditi sint, quâ sibi ipsis honestum locum comparare possint, necesse habent latrociniis vivere, eademque necessitate à magistratu tandẽ exstirpari. COSMUS. Effecisti ferè, ut mihi hæc ars militiæ in fumum abiret, quam ego præ cęteris excellentissimam & honestissimam esse certò mihi sumebam; nisi itaq; eam uberius interpreteris, non est quo acquiescam: Nam si res ita ut dicis, sese habeat, sanè non video, unde Cæsaris, Pompeii, Scipionis, Marcelli, aliorumq; celebratissimorum Imperatorũ Po. Ro. gloria Deorum ferè nomini par nobis exorta fuerit. FAB: Nondum omnia disserui, quæ proposueram, duo enim dicenda erant, unum, quod vir bonus militiã pro sua arte habere nequeat, alterum, quod Respublica vel Regnum bene constitutum civibus subditisve nunquam concesserit, ea pro arte uti. Primum mihi, quantum visum, absolutum est, restat alterũ, ubi quæstioni huic tuæ quoq; respondebitur. Aio itaque, Pompejũ, Cæsarem, omnesq; ferè belli duces, quos Roma post ultimum bellum habuit Punicum, strenuorum quam bonorum virorum nomen atque gloriam adeptos fuisse: quod inde evenisse liquet, quod hi quidem militiam pro arte non habuerunt, isti verò, quos primo nominavi, tanquam artẽ eam exercuerunt. Quamdiu etiam Res illa publica inviolata, suisque legibus stetit, nullus

primo-

norum civium unquam eò audaciæ profe-
ș esse legitur, qui isthoc exercitio in pace e-
iere, leges corrumpere, provincias spolia-
atriamq; subjugare, aliove quovis modo
nniti conatus fuerit: infimæ sortis verò in
ntem duxisse nemo qui sacramentum vio-
t, privatis adhæreret, senatum minus ti-
cet, aut aliud quidpiam Tyrannico more a-
et, quo omni tempore ex arte bellica vitæ
nitatiq; suæ consuleret. Belli etenim du-
, triumpho suo contenti, cupide privatam
am denuo amplectebantur, milites verò
idius arma deponebant, quam sumebant,
ue ad pristinas artes redibant, quam vitæ
ndæ amplexus quisq; fuerat: imo ne ullus
idem unquam repertus fuit, qui ex rapto
que arte sibi vivendum esse arbitraretur.
ijus rei fidem locupletissimam ex civium
mero facere possit, Attilius Regulus, qui
n exercitum Romanum in Africa duceret,
; Carthaginenses jam propemodum devi-
let, à Senatu petiit, ut sibi domum prædiis
s curandis redire liceret, quæ nimirum à
lonis suis negligentius habita cognovisset.
de enim clarius ipso sole elucet, ꝙ si huic
litia tanquam ars, atque inde crescere ipsi
ppositum fuisset, qui tam amplissimis pro-
iciis imperabat, nunquam illum licenciam
mum redeundi à Senatu petiturum fuisse,
potè cui proclive singulis quibusq; diebus
longè

longe majora adquirere, quam universa ipsius prædia æstimarentur: cum verò viri isti boni, & qui militiam pro arte non sequuntur, nihil inde nisi labores, pericula & gloriam aucupentur, hanc si sufficienter adepti sunt, pristinos lares revisere, suaque arte vivere cupiunt. Ad gregarios verò milites quod attinet, eodem plane modo ipsos affectos fuisse ex eo liquet, quod quisque lubenti animo è militia discedebat; & tam domi militiam libenter amplectebatur, quam militando vacationem rogabat; quod multis modis obvium fit, præsertim quod inter primas Romani pop. leges conspiciatur una, quæ civem invitum militare compelli nolit. Romana itaq; urbs, quamdiu benè habuit; (quod ad Gracchos usque processit) ne ullum quidem militem vidit, qui huic exercitio tanquam arti inniteretur, eamque ob rem pravos paucos experta est, eosque si qui exstitere, severissimè punivit. Laboret itaq; bene constituta Respublica, ut studium istud rei militaris, tempore pacis sit loco exercitii, belli verò, pro necessitate & gloria, sibi verò soli sumat istud pro arte habere sicut Romanos fecisse constat. Quisquis autem civium ex tali exercitio alium finem sibi propositum habet, bonus non est; nec urbs aliter se gerens, benè cōposita esse dici potest. COSM. Mihi equidem copiosè satisfactum est iis, quę huc usque dissertuisti, mihique conclusio tua

adpri-

rime placet eamq; respectu quidem Rerū-
): veram judico, quoad reges verò etiam-
n dubitare cogor, arbitror enim Reges isti-
nodi, viris non parū delectari, quibus istud
rcitiū pro arte habeatur. Fab. Eo amplius
no bene constituto istiusmodi artifices fu-
ndi sunt, nimirū quod hi soli Regum cor-
tela & ministri omnis Tyrannidis existant:
: mihi regna hodierna quidquam objece-
inficior etenim ullum eorum benè consti-
um ordinatumq; esse. Regna etenim bene
istituta Regibus suis absolutū Imperium,
i in bello neutiquam tradunt, hic enim tā-
n subitæ deliberationes necessariæ existūt,
q; requiritur, ut hic una sit suprema pote-
:, in reliquis verò rebus omnibus nihil a-
absq; cōsilio, caveant quoq; consiliarii se-
lo, ne quis istorū artificum Regis animum
cupet. qui pacis tempore bella spirat, atq;
q; illis vivere nescit. Dabo tamen hac in
rte aliquid tēpori, nec istiusmodi Regnum
od absolutè bonum sit mihi proponam, sed
egnum consideretur sanè nostris simile, ta-
n nihilominus Regibus timendi omnes
nt, qui militiam pro sua arte ducunt, cum
rvus omnis exercitus, citra dubium, pedites
istant: quod si itaque Rex rationes suas non
componat, quo pedites sui tempore pacis
benti animo domum revertantur suisq; pri-
nis artibus vivant, necessariò ipsi pereundā

B

est, quia periculum à pedite nullo majus tibi imminet, quàm cui militia pro arte habetur. Siquidem necessum est, ut vel continuè in bello ætatem ducas, vel semper stipendia ipsis præbeas, vel eò tandem devenias, ut de Regno tibi ab ipsis metuendum sit. Bellum ex bello semper ut ducas, fieri non potest, stipendia semper præbere non minùs difficile est, necessariò itaque in periculum amittendi Regni præcipitaris. Romani mei, sicuti jam dictum est, quoad sapientes boniq; audierunt, nunquam permiserunt, ut cives ipsorum hoc exercitio pro arte uterentur, licèt occasio ipsis non defuerit; qua continuè illos in bellis exercere potuissent, nam semper alicubi bellum gerebant: verùm quo periculum istud prudenter declinarent, quod ipsis ex continuo bellorum usu imminebat, postquam tempora nihil mutarentur, ipsi homines mutabant, atque adeò dextrè legiones suas tractabant, ut eæ quindecimo quovis anno novæ viserétur. Sic etiam hominum ipsis delectus erat, à flore nimirum ætatis, qui anno conspicitur decimo octavo ad trigesimum usque quintum eos scribendo, dum pes, manus, oculi sibi invicem pari vigore responderent, nec exspectabant quousque senescentibus viribus, malitia succresceret, sicut postea, temporibus nequioribus factum constat. Siquidem primus omnium Octavianus, dein Tiberius, privatâ

potiùs

iùs potentiam, quàm publicum commo-
n ſpectantes, populo Romano arma extor-
int, tam quo tutius illis imperarent, quàm
eodem perpetuo milite fines imperii tue-
tur, neq; tamen vel ſic ſatis ad populũ ſe-
umq; Romanũ coërcendum ſibi proſpectũ
icantes, exercitum, quem prætorianũ vo-
ant, inſuper conduxerunt, qui ad mœnia
is ſederet, caſtrique loco ipſis eſſet. Ab eo
ipore poſtquam liberè permiſſum erat mi-
a pro arte uti iis, qui ad hæc legebantur: cõ-
im inſolẽtia ipſorũ exorta eſt, adeoq; excre-
, ut ipſi tam ſenatui formidabiles quàm Im-
atoribus ipſis damno eſſent, quorũ magna
s ab ipſis interficiebatur, ſiquidẽ ſibi ſume-
it Imperiũ vel dare vel eripere. Sæpiùs etiam
enit, ut uno eodemq; tempore multi Impe-
ores à variis legionib. crearentur, unde pri-
divisio Imperii, atq; poſtea ejus ruina ſuc-
ſit. Videant itaq; Reges, ſi modò ſecuri eſſe
piãt, quo ejuſmodi peditẽ alant, q. parat⁹ ſit
pſorũ gratiam, cùm id neceſſitas poſtulave-
, lubenti animo arma capere, eademq; cùm
pace tranſactũ fuerit, nõ gravate deponere.
od quidẽ facile ipſis fuerit, ſi ejuſmodi mi-
legant q. alia preterea arte, quã iſta vivere
licerit. Sic eveniet, ut hi quidẽ deſiderẽt, pa-
recuperata quo princeps ad ſubditos cle-
nter regendos redeat, nobiles ad prædia ſua
olẽda animũ adplicẽt, gregarii verò milites

quisq; suis artib. incūbat atq; adeo un⁹ quisq; libenter bellū gerat, quo pacem adipiscatur, nec pacem turbare conetur, quo bellum gerat. COSMUS. Fateor quæ hactenus dixisti, prudenter à te fuisse considerata, verum cum ea quasi directè iis repugnent, quæ ego huc usque sentiebam, nōdum omnem penitus scrupulum animo meo exemisti, præsertim quod indies sese mihi offerant multi viri strenui atque nobiles, qui tempore pacis ex belli studiis vivunt (in quorum numero mihi ipse constituendus videris) atque à Regibus vel Rebuspub: stipendia merentur. Video plerosq; cataphractos in præsidiis hinc inde dispositos remanere, ut tandem statuere liceat, singulis etiam tempore pacis locum esse posse. FABR. Ut credam hoc tibi sic persuasum esse, tempore nimirum pacis singulis honestum locū superesse, adduci vix queam: nam licet nulla alia ratio suppeteret, exiguus sanè istorum ordinum numerus, quorum mentionem fecisti, abundè te arguere posset. Quæ obsecro proportio inter tot pedites, quibus belli tempore necessario utimur, atque tot milites; quos pacis tempore usui esse cernimus? Urbes enim & cæteræ munitiones atque castra; quæ pacis tempore præsidiarium militem capiunt, belli tempore longe copiosiore milite custodiuntur, quibus conjungi convenit etiam exercitum illum, cui agrorum & finium cura in castris in-

s incumbit, quos tamen omnes in pace ex-
ctorari vides. Quod verò ad satellites atq;
ius generis præsidiarios attinet, Papa Julius
sq. Florentin. ipsi satis abundè testati estis,
antopere ab iis metuendum sit, qui nullam
am artem quam militarem sectari volunt,
pote qui tales ob insolentiam non toleran-
n relegaveritis, ipsisq; Helvetios substitu-
tis, quos sub bonis legibus natos & educa-
s, atq; legitimo planè ordine, per suffragia ni
rum populi in conventibus electos novera-
: nihil itaq; agis quod omnibus in pace lo-
m esse argutaris. In cataphractis autē, quos
cis tempore omnes locum suum tueri con-
t, difficilior videtur esse solutio, verum sin-
lis ritè consideratis responsio sese ipsa of-
rt: modus enim hic, quod cataphractos re-
pimus, ex corruptis minimeq; bonis est. Ra-
o sit, quod militia ipsis ars est, nasci sanè in-
es infinita inde incommoda cerneremus, si
aulò in majorem numerum hi excrescerent,
erum quod pauci existant, nec justum exer-
itum facere ex se ipsis possint, non adeo cre-
ro exitiosa consilia ipsis succedunt, licet
ultoties damna gravissima suis intulerint,
icut modo de Sfortiis patre & filio, tū de Brac-
io Perusino retulimus. Improbo itaq; mo-
em istum quo cataphracti stipendia perpetua
nerentur tanquam corruptum atq; maximis
ericulis obnoxium. COSM: Carere ne igi-

tur illis velles, aut si omninò necessarii sint, qua ratione iis utendum censes? FABR. Ad modum stipendiariorum nostrorum, quem nunc vocant, ordinantiæ, non quidem similem illi qui Gallis usitatus est, cùm hic æquè ut noster insolens sit & periculorũ plenus, sed illum priscis usitatum qui equites è subditis suis legebant, eosq; tempore pacis exauthorabant, quo propriis artibus viverent, ut mox copiosiùs dissereturur. Adeò ut si hoc sæculo hujus generis militi in pace locus sit, id ex ordine corrupto proficiscatur. Quod ad stipẽdia quæ mihi aliisq; ducibus reservantur, attinet, affirmo hunc etiã ordinem esse corruptissimum, neq; enim prudens Respublica stipendia istiusmodi cuiquã dare debet, sed proprios cives bello assuefacere, qui tempore pacis ad artes pristinas non gravatim redeant. Sic etiã Regi erogare ea nõ permitto, aut si omnimodò det, id fiat vel in premium fortitudinis atq; rei præclarè alicujus gestæ, vel quod istiusmodi hominem tam paci quàm bello aptũ idoneumq; noverit. Et postquam tibi placuit me ipsum in exemplum proponere, ego hîc insistam, eoq; pfiteor, militia nunquã pro arte me usum fuisse, cùm mihi proprium artsq; mea sit subditos meos regere atque defendere, idq; ut commodiùs à me fiat, pacem amare, bellum autem administrare nosse: neq; adeò Rex meus tam me in pretio habet & remuneratur, quod bellum admini-

niniſtrare norim, quàm quod tempore pa-
conſilia mea ſibi uſui fore confidit. Ne itaq;
x quenquã qui hoc modo comparatus non
ſibi familiarem eſſe patiatur, ſi modò pru-
ns audire velit. Nã ſi vel nimios pacis ama-
es, nimiósve belli cupidos circa ſe habeat,
errores alteri ipſum proculdubio præcipi-
unt. Ad primã diſſertationem measq; pro-
ſitiones, nil quod præterea addam, mihi oc-
rrit: quod ſi verò vobis hæc non ſufficiant,
r me licèt quæratis, qui uberius vobis ſatis-
iat. Interim prægustare proculdubio potui-
s hactenus, quàm difficile ſit antiquos mo-
s in militiam noſtram revocare, tum quales
æparationes ſapienti ad hoc faciendæ, tan-
m etiam quæ occaſiones expectandæ atque
erandæ ſint, quò iſthæc commodiùs intro-
icantur. Verùm hæc pedetentim uberiùs co-
noſcetis (modò oratio mea vobis moleſta nõ
) ſi quemvis ordinem antiquum cum præ-
ntis ſeculi morib. particulatim mecum con-
rre vobis libuerit. Cosm. Quòd ſi primò te
ac de re diſſerentem audire maximè cupie-
amus, ſanè quæ hactenus in medium attuli-
ti, deſiderium iſthoc multis modis amplificã-
unt, eam ob rem tam tibi gratias agimus pro
o quod nobis per te obtigit, quàm id quod
eſtat, ſedulò expectamus. Fabr. Poſtquam
gitur placere vobis iſtud video, cõſtitui hanc
nateriam quò faciliùs ea intelligatur, ab ipſo

principio repetere, ſic enim ſingula uberiùs patebunt. Bellum agitanti finis hic unicus propoſitus eſt, ut habeat quo cum omnem hoſtem aperto Marte prælio vincere poſſit. Hoc verò ut patiatur, requiritur ut exercitum prius conſcribat, exercitui conſcribendo milites legendi, armandi, in ordinem redigendi ſunt, indè minoribus majoribusq; turmis exercendi, intra munimenta vel tecta recipiendi, tum demum hoſti, vel ſtantes vel progredientes oſtendendi Hiſce in rebus omnis induſtria ſita eſt quæ ad præliũ requiritur, quam equidem partem militiæ magis neceſſariam majoreq; laude dignam arbitramur. Nam qui hoſtem ad decertandum iniquo prælio aptè cogere norit, huic facile ea quæ antea perperam adminiſtrata ſunt condonari queãt: at qui hac in parte deficit, licet reliqua militari diſciplina conſpicuus ſit, nunquam belli optato fine potietur: ſi etenim victor prælio extiteris, omnia quę prius neglecta à te fuerant, facile obliterabis: at ſi vincaris, omnia prudẽter à te eo uſq; compoſita evaneſcunt. Ergò cũ ex his, quæ dixi, primum ſit hominibus abundare, delectus poſtmodum eorum habendus eſt, ut antiqui id genus militem legendi vocabant, quod nos ſceltam, id eſt optionem dicimus, Requiritur ab iis, qui diſciplinã militarem regulis complexi ſunt, ut miles extemperata regione ſeligatur, quo is tam animi robore quàm

uàm prudentia polleat regio enim calidi-
rudẽtes quidem producit, sed minus ani-
sos frigidior vero animosos, at minus pru-
ites. Regula hæc iis quidem scripta vide-
;, qui maximam orbis partẽ occupaverint,
o indè militem legendi optio detur, prout
nodissimum ipsis visum fuerit: postquam
o nos istiusmodi regulam tradere cupia-
is, quæ omnibus usui esse possit, statuimus
ni Reipublicæ vel Regi ex provinciis ipsis
ɔjectis militem evocandum esse, sive eæ ca-
æ sint, sive frigidæ, sive etiã temperatæ; ex-
ientia etenim nobis documento est, ex o-
ii provincia bonum militem si opportunè
erceatur prodire: quod enim naturæ deesse
letur, id industria resarciri potest, quæ hac
parte naturam ipsam superat: Quod si vel ò
undè militem colligas, optio id dici nequit.
ptio enim erit, si optimum quemque ex una
gione seligas, inq; potestate habeas, tam il-
m scribendi qui militiam recusat, quam qui
m libenter sectatur. Eam ob rẽ delectus talis
ri nõ potest nisi in provinciis tibi subjectis,
q;n. tibi liceat inde militẽ seligere, ubi nõ im
ites, sed iis te acquiescere necesse est, quos
oluntarios nancisci potes. COSM: At lice-
t nihilominus inter hos, qui comparuerunt
oluntarij, optionem instituere, ideoq; id me-
to delectus postea vocari queat, FABR. Vera
uidem dicis, sed id certo modo: considera e-

ſcribendus ſit à decimo ſeptimo uſque quadrageſimum annum agenti apud me locus eſſet, ſed exercitus reſtaurando, nullum reciperem qui decimum ſeptimum egreſſus foret. COSM. hanc equidem diſtinctionem non ſatis capio. FABR. Dicam igitur: ſi mihi nova militia, ubi nulla ſit, inſtituenda eſſet, neceſſariũ fuerit omnes aptiores recipere modò ſint ætatis militaris, quæ eruditionẽ capere queat, ſicuti à me copioſiùs dicetur: At ſi mihi delectus inſtituendus eo in loco eſſet, quo hoc genus militiæ jam antea in uſu fuerit, ad explendos ordines non alios niſi ſeptendecim annorum reciperem. COSM Stipendiarios ne igitur aut ordines iſtiuſmodi inſtitueres quos in hiſce regionib receptos videmus? FABR. rectè mones ego quidẽ illos armarem, imperio aſſueſcerem, exercerem, atq; eum in ordinem diſponerem, quem neſcio num vos eodẽ modo receptum habeatis. COSM. probas itaque ſtipendiarios quos ordinantiarum vocamus? FABR. Qui cupias me hæc improbare? COSM. Quod multi ſapientes ea ſemper improbârũt. FABR contraria loqueris, ſapientem nimirum improbare inſtituta iſthæc: habeatur fortaſſe pro ſapiente, cùm id minimè ſit. COSM. Quòd ſemper malè ſe geſſerint hi ordines, nobis iſthanc opinionem impreſſit. FABR. modò id ipſorum, non veſtra culpa factũ ita ſit, quod equidem certius dijudicabitis, antequam hæc diſſer-

rtatio absolvatur. Cosm. Feceris sanè is rem gratissimam: interim non molestum ı me explicari qua in re hoc ab istis impro- ı audiamus, quo nimirum eo securius de gulis statuere noris. Sic itaque ratiocinan- Aut nihili sunt istiusmodi stipendiarii at- hoc quidē modo, si in hos recumbamus, tatu nostro periclitabimur: aut sunt stre- atque hac via facilè ab eo occupabuntur, illi commissi sunt. Exemplo adducunt Ro- nos; qui hisce ipsis armis libertati succu- ère, Venetos præterea Regemque Galliæ, s quidem ne necesse habeant proprio civi dire, externo milite utentibus, hoc verò prios subditos armis exuente, quo tutius bsolutius ipsis imperare possit. Alterū ta- n potiùs metuunt, ne nullo nimirum usui ısmodi miles sit: cujus duas præcipuè ra- nes adducunt, prior quòd inexpertus ple- nque esse soleat, altera quòd necessariò ipsi militandum: sentiunt etenim à grandiori- s ætate nihil addisci, à coactis verò nihil quam benè gestum. Fabr. Rationes o- ıes, quas recensuisti, sunt eorum hominū, ı res accuratiùs ponderare nesciunt, quod nifestum tibi mox dabo. Nam quantū qui- m ad id attinet, quòd inutilem istiusmodi litem esse sibi sumunt, ego quidem contrà rmo, nullum militem quàm proprium uti- s haberi, nec militia propria institui ordi-

narive

ita prospicere, ut sit quo in pace dignitatem vitamq; tueri profusius possint. Neutrum verò horum in virum bonum cadere potest: nam quod cuiquam constitutum sit semper abundare, furta inde, latrocinia, atq; violentia nascuntur, quibus tam amici quam hostes opprimuntur: quod verò quis à pace alienus est, inde fraudes oriuntur ab iis potissimũ ministris exercitatæ, quibus bellum in longũ protrahi in lucro deputatur. Licet etiam aliquando pax constituatur, sæpissimè evenisse vidimus ipsi, ordinum duces stipendiis destitutos, atq; ad civilem vivendi normam revocatos, voluntario milite circumvento atq; ad se traducto integras provincias miserè pessum dedisse. An non memoriæ vestræ obversatur, ut non adeo olim cum pax in Italia constituta esset, militesque abundarent, multæ militum manus, quæ compagniæ vocabantur, hinc inde conglobatæ oppida vicosq; occupaverint, afflixerint atq; omnis rapacitatis immanitatisque genere miseros tãta audacia oppresserint, ut nullum violentiæ remedium par adinveniretur? An non legisse vos meministis, milites Carthaginensium, finito primo bello quod cũ Romanis habuere, ducibus per seditionem creatis Mathone & Spendio, multo periculosius bellum ipsis Carthaginensibus intulisse, quam quod cum Romanis nupere gestum erat? sæculo itidem hoc nostro Franciscus Sforza, quo

quo in pace lautius viveret, Mediolanen-
uos decepit, atq; ex milite ipsorum, Dux
us, libertatem urbemq; Princeps tandem
upavit. Hujus similes omnes reliqui Itali
ites exstitere, quibus militia sola pro arte
:: Licet autem eorum non omnes ducema-
ɔsorum animo Ducatus Mediolanensi pa-
adepti fuerint, nihil minus tamen vitupe-
di sunt, quod nimirum absque tam insigni
ɛmio, omnes (vita ipsorum si inspiciatur)
iter affecti inquinatique fuerint. Sforza,
ıncisci istius pater, eò Reginam Joannam
:git, ut necesse haberet in manus & clien-
am Regis Arragonæ confugere, postquam
mirum illam subito deseruisset, atq; inermẽ
:diis inimicis exposuisset, saltem quo ambi-
ɔni suæ satisfaceret, & vel ipsam pro libidi-
exsugeret, vel Regnum ejus manibus ex-
teret. Braccius iisdem planè artibus insi-
ns conabatur Neapolitanum Regnum oc-
ıpare, & nisi mature profligatus atque ad A-
ıileiam extinctus fuisset, id ex voto ipsi ces-
set. Istiusmodi sanè intemperiæ inde solum-
odò exortæ sunt, quod viri isti militiam sō-
m pro arte habuerunt. An non proverbium
ɔbis tritũ rationibus meis adstipulatur, quo
rtur, bellum fures serere quos paci laqueo
:metendos producat? ii etenim quibus nul-
m aliud exercitii genus ad vitam tuendam
ıperest, cum non habeant qui ipsis subveni-
at, ne-

at, neq; tanta virtute interim præditi sint, quâ sibi ipsis honestum locum comparare possint, necesse habent latrociniis vivere, eademque necessitate à magistratu tandé exstirpari. COSMUS. Effecisti ferè, ut mihi hæc ars militiæ in fumum abiret, quam ego præ cęteris excellentissimam & honestissimam esse certò mihi sumebam: nisi itaq; eam uberius interpreteris, non est quo acquiescam: Nam si res ita ut dicis, sese habeat, sanè non video, unde Cæsaris, Pompeii, Scipionis, Marcelli, aliorumq; celebratissimorum Imperatorũ Po. Ro. gloria Deorum ferè nomini par nobis exorta fuerit. FAB: Nondum omnia disserui, quæ proposueram, duo enim dicenda erant, unum, quod vir bonus militiã pro sua arte habere nequeat: alterum, quod Respublica vel Regnum bene constitutum civibus subditisve nunquam concesserit, ea pro arte uti. Primum mihi, quantum visum, absolutum est, restat alterũ, ubi quæstioni huic tuæ quoq; respondebitur. Aio itaque, Pompejũ, Cæsarem, omnesq; ferè belli duces, quos Roma post ultimum bellum habuit Punicum, strenuorum quam bonorum virorum nomen atque gloriam adeptos fuisse: quod inde evenisse liquet, quod hi quidem militiam pro arte non habuerunt, isti verò, quos primo nominavi, tanquam arté eam exercuerunt. Quamdiu etiam Res illa publica inviolata, suisque legibus stetit, nullus

primo-

ıorum civium unquam eò audaciæ profe-
esse legitur, qui isthoc exercitio in pace e-
ere, leges corrumpere, provincias spolia-
atriamq; subjugare, aliove quovis modo
nniti conatus fuerit: infimæ sortis verò in
ıtem duxisse nemo qui sacramentum vio-
t, privatis adhæreret, senatum minus ti-
et, aut aliud quidpiam Tyrannico more a-
et, quo omni tempore ex arte bellica vitæ
ıitatiq; suæ consuleret. Belli etenim du-
, triumpho suo contenti, cupide privatam
m denuo amplectebantur, milites verò
idius arma deponebant, quam sumebant,
ue ad pristinas artes redibant, quam vitæ
ndæ amplexus quisq; fuerat: imo ne ullus
dem unquam repertus fuit, qui ex rapto
que arte sibi vivendum esse arbitraretur.
jus rei fidem locupletissimam ex civium
nero facere possit, Attilius Regulus, qui
n exercitum Romanum in Africa duceret,
; Carthaginenses jam propemodum devi-
et, à Senatu petiit, ut sibi domum prædiis
s curandis redire liceret, quæ nimirum à
onis suis negligentius habita cognovisset.
le enim clarius ipso sole elucet, ꝙ si huic
litia tanquam ars, atque inde crescere ipsi
ıpositum fuisset, qui tam amplissimis pro-
ıciis imperabat, nunquam illum licenciam
num redeundi à Senatu petiturum fuisse,
ɔotè cui proclive singulis quibusq; diebus
longè

longe majora adquirere, quam universa ipsius prædia æstimarentur: cum verò viri isti boni, & qui militiam pro arte non sequuntur, nihil inde nisi labores, pericula & gloriam aucupentur, hanc si sufficienter adepti sunt, pristinos lares revisere, suaque arte vivere cupiunt. Ad gregarios verò milites quod attinet, eodem plane modo ipsos affectos fuisse ex eo liquet, quod quisque lubenti animo è militia discedebat; & tam domi militiam libenter amplectebatur, quam militando vacationem rogabat; quod multis modis obvium fit, præsertim quod inter primas Romani pop. leges conspiciatur una, quæ civem invitum militare compelli nolit. Romana itaq; urbs, quamdiu benè habuit, (quod ad Gracchos usque processit) ne ullum quidem militem vidit, qui huic exercitio tanquam arti inniteretur, eamque ob rem pravos paucos experta est, eosque si qui exstitere, severissimè punivit. Laboret itaq; bene constituta Respublica, ut studium istud rei militaris, tempore pacis sit loco exercitii, belli verò, pro necessitate & gloria, sibi verò soli sumat istud pro arte habere sic ut Romanos fecisse constat. Quisquis autem civium ex tali exercitio alium finem sibi propositum habet, bonus non est, nec urbs aliter se gerens, benè cōpōsita esse dici potest. COSM. Mihi equidem copiosè satisfactum est iis, quę huc usque disseruisti, mihique conclusio tua

adpri-

rime placet eamq; respectu quidem Rerū-
): veram judico, quoad reges verò etiam-
n dubitare cogor, arbitror enim Reges isti-
nodi, viris non parū delectari, quibus istud
rcitiū pro arte habeatur. Fab. Eo amplius
no bene constituto istiusmodi artifices fu-
ndi sunt, nimirū quod hi soli Regum cor-
tela & ministri omnis Tyrannidis existant:
mihi regna hodierna quidquam objece-
inficior etenim ullum eorum benè consti-
um ordinatumq; esse. Regna etenim bene
stituta Regibus suis absolutū Imperium,
in bello neutiquam tradunt, hic enim tā-
a subitæ deliberationes necessariæ existūt,
; requiritur, ut hic una sit suprema pote-
, in reliquis verò rebus omnibus nihil a-
absq; cōsilio, caveant quoq; consiliarii se-
o, ne quis istorū artificum Regis animum
upet. qui pacis tempore bella spirat, atq;
q; illis vivere nescit. Dabo tamen hac in
te aliquid tēpori, nec istiusmodi Regnum
od absolutè bonum sit mihi proponam, sed
gnum consideretur sanè nostris simile, ta-
n nihilominus Regibus timendi omnes
t, qui militiam pro sua arte ducunt, cum
vus omnis exercitus, citra dubium, pedites
stant: quod si itaque Rex rationes suas non
componat, quo pedites sui tempore pacis
enti animo domum revertantur suisq; pri-
is artibus vivant, necessariò ipsi pereundū

est, quia periculum à pedite nullo majus tibi imminet, quàm cui militia pro arte habetur. Siquidem necessum est, ut vel continuè in bello ætatem ducas, vel semper stipendia ipsis præbeas, vel eò tandem devenias, ut de Regno tibi ab ipsis metuendum sit. Bellum ex bello semper ut ducas, fieri non potest, stipendia semper præbere non minùs difficile est, necessariò itaque in periculum amittendi Regni præcipitaris. Romani mei, sicuti jam dictum est, quoad sapientes boniq; audierunt, nunquam permiserunt, ut cives ipsorum hoc exercitio pro arte uterentur; licèt occasio ipsis non defuerit, qua continuè illos in bellis exercere potuissent, nam semper alicubi bellum gerebant: verùm quo periculum istud prudenter declinarent, quod ipsis ex continuo bellorum usu imminebat, postquam tempora nihil mutarentur, ipsi homines mutabant, atque adeò dextrè legiones suas tractabant, ut eæ quindecimo quovis anno novæ viserētur. Sic etiam hominum ipsis delectus erat, à flore nimirum ætatis, qui anno conspicitur decimo octavo. ad trigesimum usque quintum eos scribendo, dum pes, manus, oculi sibi invicem pari vigore responderent, nec exspectabant quousque senescentibus viribus, malitia suceresceret, sicut postea, temporibus nequioribus factum constat. Siquidem primus omnium Octavianus, dein Tiberius, privatā

potiùs

ùs potentiam, quàm publicum commo-
ı ſpectantes, populo Romano arma extor-
nt, tam quo tutius illis imperarent, quàm
eodem perpetuo milite fines imperii tue-
:ur; neq; tamen vel ſic ſatis ad populũ ſe-
ımq; Romanũ coërcendum ſibi proſpectũ
cantes, exercitum, quem prætorianũ vo-
ınt, inſuper conduxerunt, qui ad mœnia
s ſederet, caſtrique loco ipſis eſſet. Ab eo
pore poſtquam liberè permiſſum erat mi-
pro arte uti iis, qui ad hæc legebantur: cō-
m inſolētia ipſorũ exorta eſt, adeoq; excre-
ıt ipſi tam ſenatui formidabiles quàm Im-
toribus ipſis damno eſſent, quorũ magna
ab ipſis interficiebatur, ſiquidē ſibi ſume-
: Imperiũ vel dare vel eripere. Sepiùs etiam
ıit, ut uno eodemq; tempore multi Impe-
res à variis legionib. crearentur, unde pri-
divisio Imperii, atq; poſtea ejus ruina ſuc-
t. Videant itaq; Reges, ſi modò ſecuri eſſe
āt, quo ejuſmodi peditē alant, q. parat⁹ ſit
ſorũ gratiam, cùm id neceſſitas poſtulave-
ubenti animo arma capere, eademq; cùm
ıce transactũ fuerit, nō gravate deponere.
ɔd quidē facile ipſis fuerit, ſi ejuſmodi mi-
egant q. alia preterea arte, quā iſta vivere
cerit. Sic eveniet, ut hi quidē deſiderēt, pa-
ecuperata quo princeps ad ſubditos cle-
ter regendos redeat, nobiles ad prædia ſua
lēda animũ adplicēt, gregarii verò milites

quiſq; ſuis artib. incũbat atq; adeo un⁹ quiſq; libenter bellũ gerat, quo pacem adipiſcatur, nec pacem turbare conetur, quo bellum gerat. COSMUS. Fateor quæ hactenus dixiſti, prudenter à te fuiſſe conſiderata, verum cum ea quaſi directè iis repugnent, quę ego huc uſque ſentiebam, nõdum omnem penitus ſcrupulum animo meo exemiſti, præſertim quod indies ſeſe mihi offerant multi viri ſtrenui atque nobiles, qui tempore pacis ex belli ſtudiis vivunt (in quorum numero mihi ipſe conſtituendus videris) atque à Regibus vel Rebuspub: ſtipendia merentur. Video pleroſq; cataphractos in præſidiis hinc inde diſpoſitos remanere, ut tandem ſtatuere liceat, ſingulis etiam tempore pacis locum eſſe poſſe. FABR. Ut credam hoc tibi ſic perſuaſum eſſe, tempore nimirum pacis ſingulis honeſtum locũ ſupereſſe, adduci vix queam: nam licet nulla alia ratio ſuppeteret, exiguus ſanè iſtorum ordinum numerus, quorum mentionem feciſti, abundè te arguere poſſet. Quæ obſecro proportio inter tot pedites, quibus belli tempore neceſſario utimur, atque tot milites; quos pacis tempore uſui eſſe cernimus? Urbes enim & cæteræ munitiones atque caſtra; quæ pacis tempore præſidiarium militem capiunt, belli tempore longe copioſiore milite cuſtodiuntur, quibus conjungi convenit etiam exercitum illum, cui agrorum & finium cura in caſtris in-

s incumbit, quos tamen omnes in pace ex-
ꝟtorari vides. Quod verò ad ſatellites atq;
us generis præſidiarios attinet, Papa Julius
;q; Florentin· ipſi ſatis abundè teſtati eſtis,
antopere ab iis metuendum ſit, qui nullam
m artem quam militarem ſectari volunt,
ote qui tales ob inſolentiam non toleran-
relegaveritis, ipſisq; Helvetios ſubſtitu-
is, quos ſuo bonis legibus natos & educa-
, atq; legitimo planè ordine, per ſuffragia ni
um populi in conventibus electos novera-
nihil itaq; agis quod omnibus in pace lo-
n eſſe argutaris. In cataphractis autẽ, quos
is tempore omnes locum ſuum tueri con-
, difficilior videtur eſſe ſolutio, verum ſin-
is ritè conſideratis reſponſio ſeſe ipſa of-
: modus enim hic, quod cataphractos re-
imus, ex corruptis minimeq; bonis eſt. Ra-
ſit, quod militia ipſis ars eſt, naſci ſanè in-
infinita inde incommoda cerneremus, ſi
lò in majorem numerum hi excreſcerent,
um quod pauci exiſtant, nec juſtum exer-
m facere ex ſe ipſis poſſint, non adeo cre-
exitioſa conſilia ipſis ſuccedunt, licet
totics damna graviſſima ſuis intulerint,
t modo de Sfortiis patre & filio, tũ de Brac-
Peruſino retulimus. Improbo itaq; mo-
iſtum quo cataphracti ſtipendia perpetua
entur tanquam corruptum atq; maximis
iculis obnoxium. Cosm: Carere ne igi-

tur illis velles, aut ſi omninò neceſſarii ſint, qua ratione iis utendum cenſes? FABR. Ad modum ſtipendiariorum noſtrorum, quem nunc vocant, ordinantiæ, non quidem ſimilem illi qui Gallis uſitatus eſt, cùm hic æquè ac noſter inſolens ſit & periculorū plenus, ſed illum priſcis uſitatum qui equites è ſubditis ſuis legebant, eosq́; tempore pacis exauthorabant, quo propriis artibus viverent, ut mox copioſiùs diſſeretur. Adeò ut ſi hoc ſęculo hujus generis militi in pace locus ſit, id ex ordine corrupto proficiſcatur. Quod ad ſtipēdia quæ mihi aliisq; ducibus reſervantur, attinet, affirmo hunc etiā ordinem eſſe corruptiſſimum, neq; enim prudens Reſpublica ſtipendia iſtiuſmodi cuiquā dare debet, ſed proprios cives bello aſſuefacere, qui tempore pacis ad artes priſtinas non gravatim redeant. Sic etiā Regi erogare ea nō permitto, aut ſi omnimodò det, id fiat vel in pręmium fortitudinis atq; rei præclarè alicujus geſtæ, vel quod iſtiuſmodi hominem tam paci quàm bello aptū idoneumq́; noverit. Et poſtquam tibi placuit me ipſum in exemplum proponere, ego hîc inſiſtam, eoq́; ꝓfiteor, militia nunquā pro arte me uſum fuiſſe, cùm mihi proprium arsq; mea ſit ſubditos meos regere atque defendere, idq́; ut commodiùs à me fiat, pacem amare, bellum autem adminiſtrare noſſe: neq; adeò Rex meus tam me in pretio habet & remuneratur, quod bellum admini-

niniſtrare norim, quàm quod tempore pa-
conſilia mea ſibi uſui fore confidit. Ne itaq;
x quenquã qui hoc modo comparatus non
ſibi familiarem eſſe patiatur, ſi modò pru-
ıs audire velit. Nã ſi vel nimios pacis ama-
es, nimióſve belli cupidos circa ſe habeat,
errores alteri ipſum proculdubio præcipi-
unt. Ad primã diſſertationem measq; pro-
itiones, nil quod præterea addam, mihi oc-
rit: quod ſi verò vobis hæc non ſufficiant,
me licèt quæratis, qui uberius vobis ſatis-
iat. Interim prægustare proculdubio potui-
hactenus, quàm difficile ſit antiquos mo-
in militiam noſtram revocare, tum quales
parationes ſapienti ad hoc faciendæ, tan-
n etiam quæ occaſiones expectandæ atque
randæ ſint, quo iſthæc commodiùs intro-
antur. Verùm hæc pedetentim uberiùs co-
ſcetis (modò oratio mea vobis moleſta nõ
ſi quemvis ordinem antiquum cum præ-
tis ſeculi morib. particulatim mecum con-
te vobis libuerit. Cosm. Quòd ſi primò te
de re differentem audire maximè cupie-
nus, ſanè quæ hactenus in medium attuli-
deſiderium iſthoc multis modis amplificã-
nt, eam ob rem tam tibi gratias agimus pro
quod nobis per te obtigit, quàm id quod
tat, ſedulò expectamus. Fabr. Poſtquam
tur placere vobis iſtud video, cõſtitui hanc
teriam quò faciliùs ea intelligatur, ab ipſo

principio repetere, ſic enim ſingula uberiùs patebunt. Bellum agitanti finis hic unicus propoſitus eſt, ut habeat quo cum omnem hoſtem aperto Marte prælio vincere poſſit. Hoc verò ut patiatur, requiritur ut exercitum prius conſcribat, exercitui conſcribendo milites legendi armandi, in ordinem redigendi ſunt, indè minoribus majoribusq; turmis exercendi, intra munimenta vel tecta recipiendi, tum demum hoſti, vel ſtantes vel progredientes oſtendendi Hiſce in rebus omnis induſtria ſita eſt quæ ad præliũ requiritur, quam equidem partem militiæ magis neceſſariam majoreq; laude dignam arbitramur. Nam qui hoſtem ad decertandum iniquo prælio aptè cogere norit, huic facile ea quæ antea perperam adminiſtrata ſunt condonari queãt: at qui hac in parte deficit, licet reliqua militari diſciplina conſpicuus ſit, nunquam belli optato fine potietur: ſi etenim victor prælio extiteris, omnia quę prius neglecta à te fuerant, facile obliterabis: at ſi vincaris, omnia prudẽter à te eo usq; compoſita evaneſcunt. Ergò cũ ex his, quæ dixi, primum ſit hominibus abundare, delectus poſtmodum eorum habendus eſt, ut antiqui id genus militem legendi vocabant, quod nos ſceltam, id eſt optionem dicimus, Requiritur ab iis, qui diſciplinã militarem regulis complexi ſunt, ut miles extemperata regione ſeligatur, quo is tam animi robore quàm

uàm prudentia polleat regio enim calidi-
rudẽtes quidem producit, sed minus ani-
os frigidior vero animosos, at minus pru-
tes. Regula hæc iis quidem scripta vide-
, qui maximãm orbis partẽ occupaverint,
indè militem legendi optio detur, prout
iodissimum ipsis visum fuerit: postquam
 nos istiusmodi regulam tradere cupia-
, quæ omnibus usui esse possit, statuimus
ii Reipublicæ vel Regi ex provinciis ipsis
jectis militem evocandum esse, sive eæ ca-
 sint, sive frigidæ, sive etiã temperatæ; ex-
entia etenim nobis documento est, ex o-
provincia bonum militem. si opportunè
ceatur prodire: quod enim naturæ deesse
tur, id industria resarciri potest, quæ hac
irte naturam ipsam superat: Quod si verò
ndè militem colligas, optio id dici nequit,
io enim erit, si optimum quemque ex una
one seligas, inq; potestate habeas, tam il-
scribendi qui militiam recusat, quam qui
libenter sectatur. Eam ob rẽ delectus talis
nõ potest nisi in provinciis tibi subjectis,
n. tibi liceat inde militẽ seligere, ubi nõ im
s, sed iis te acquiescere necesse est. quos
intarios nancisci potes. COSM: At lice-
iihilominus inter hos, qui comparuerunt
intarij, optionem instituere, ideoq; id me-
delectus postea vocari queat, Fabr. Vera
dem dicis, sed id certo modo: considera e-

nim quæſo accuratiùs, quæ incômoda in iſtiuſmodi delectu ſæpius occurrãt, evenire certè plerumq; videbis, ut ii delectus minimè dici poſſint. Primò etenim volũtarii, qui ſubditi tui non ſunt, ex optimis non ſunt, ſed plerumque ex fæce totius provinciæ, videbis etenim quoſvis protervos, otioſos, legum impatientes, impios, parentibus immorigeros, blaſphemos, aleatores, atque per libidines enutritos potiſſimum militiæ nomen dare, licèt nihil tam maximè quàm iſtiuſmodi mores veræ bonæque militiæ adverſetur: quòd ſi itaque iſtius generis tanta tibi hominum copia affluat, ut ea numerum quem animo deſtinaveras, longè excedat, electioni quidem locus erit, verùm cùm materia ipſa mala corruptaq; ſit, delectum inde vitioſorum prodire neceſſe eſt. Sæpiùs tamen interea uſuvenire cernimus, ùt eorũ ipſorum numerus minor compareat, quàm tuis uſibus idoneum eſſe conſtituiſti, adeò ut neceſſum plerumque tibi ſit quoſvis ſcribere, quo etiam fit, ut apud nos delectus nomen evanuerit, atque pedites ſcribere vel ſtipendiare communi voce nobis jam receptum ſit. Sic itaque ornati atq; comparati hoc ſæculo in Italia atque alibi, Helvetia excepta, exercitum conſcribimus, neque enim ſtipendia ex arbitrio & voluntate principis diſtribuuntur, ſed ex eorum libidine, qui militiæ nomen dare cupiunt: veſtrûm nunc ſit judicare

quínam modi ex antiqua diſciplina hic
oduci queant ubi exercitus via jam narra-
llectus eſt. Cosm. Quid igitur remedii
ibendum cenſes? Fabr. Id quod jam dixi,
ere militem ex ſubditis atque ex juſſu au-
tateque Principis. Cosm. In delectu verò
onſtituto, num antiquæ militiæ modus
piam locum habeat? Fab. Faciſè id qui-
animadvertere potes, ſi nimirum belli
ſit legitimus militum Princeps vel Domi-
aut ſi Reſpub. militet, imperator Principe
imilis vel ex civibus electus, atque exerci-
præfectus: ſecus ſi fiat, vix quidquã ex vo-
nde ſperare liceat. Cosm. Quamobrem?
r. Cognoſces id oportunius ſuo loco,
hoc tibi ſufficiat, alia id via feliciter cede-
ion poſſe. Cosm. Si itaque iſtiuſmodi de-
us ſubditorum habeatur, cenſes commo-
militem ex urbe, an verò ex agro peti?
br. Omnes qui hac de re ſcripſerunt, fa-
conſentiunt, ſatius eſſe illum ex agro pe-
, cùm id hominum genus durum & labo-
us innatum ſit, æſtus frigorisque patiens,
d ferrum tractare, foſſam ducere, oneraq;
e conſueverit, tum minus aſtutum & ma-
oſum, verùm mea hac in parte ſententia eſt,
utriuſque generis milite, tam equite quàm
lite opus habeamus, iſtos quidem ex urbe,
verò ex agro petendos fore. Cosm. At,
us ætatis? Fab. Si novus miles mihi con-
ſcri-

scribendus sit à decimo septimo usque quadragesimum annum agenti apud me locus esset, sed exercitus restaurando, nullum reciperem qui decimum septimum egressus foret. COSM. hanc equidem distinctionem non satis capio. FABR. Dicam igitur: si mihi nova militia, ubi nulla sit, instituenda esset, necessariũ fuerit omnes aptiores recipere. modò sint ætatis militaris, quæ eruditionẽ capere queat, sicuti à me copiosiùs dicetur: At si mihi delectus instituendus eo in loco esset, quo hoc genus militiæ jam antea in usu fuerit, ad explendos ordines non alios nisi septendecim annorum reciperem. COSM. Stipendiarios ne igitur aut ordines istiusmodi institueres quos in hisce regionib. receptos videmus? FABR. rectè mones ego quidẽ illos armarem, imperio assuescerem, exercerem, atq; eum in ordinem disponerem, quem nescio num vos eodẽ modo receptum habeatis. COSM. probas itaque stipendiarios quos ordinantiarum vocamus? FABR. Qui cupias me hæc improbare? COSM. Quod multi sapientes ea semper improbârũt. FABR. contraria loqueris, sapientem nimirum improbare instituta isthæc: habeatur fortasse pro sapiente, cùm id minimè sit. COSM. Quòd semper malè se gesserint hi ordines, nobis isthanc opinionem impressit. FABR. modò id ipsorum, non vestra culpa factũ ita sit, quod equidem certius dijudicabitis, antequam hæc disser-

rtatio absolvatur. Cosm. Feceris sanè
is rem gratissimam: interim non molestum
me explicari qua in re hoc ab istis impro-
audiamus, quo nimirum eo securius de
ulis statuere noris. Sic itaque ratiocinan-
Aut nihili sunt istiusmodi stipendiarii at-
hoc quidē modo, si in hos recumbamus,
atu nostro periclitabimur: aut sunt stre-
atque hac via facilè ab eo occupabuntur,
lli commissi sunt. Exemplo adducunt Ro-
os, qui hisce ipsis armis libertati succu-
:e, Venetos præterea Regemque Galliæ,
quidem ne necesse habeant proprio civi
lire, externo milite utentibus, hoc verò
rios subditos armis exuente, quo tutius
solutius ipsis imperare possit. Alterū ta-
potiùs metuunt, ne nullo nimirum usui
modi miles sit: cujus duas præcipuè ra-
es adducunt, prior quòd inexpertus ple-
que esse soleat, altera quòd necessariò ipsi
ilitandum: sentiunt etenim à grandiori
ætate nihil addisci, à coactis verò nihil
iam benè gestum. Fabr. Rationes o-
s, quas recensuisti, sunt eorum hominū,
es accuratiùs ponderare nesciunt, quod
ifestum tibi mox dabo. Nam quantū qui-
ad id attinet, quòd inutilem istiusmodi
em esse sibi sumunt, ego quidem contrà
no, nullum militem quàm proprium uti-
iaberi, nec militia propria institui ordi-
narive

nari ve potest, nisi ad hunc modum. hoc cùm extra omnem controversiam sit, nolo eo explicando, inutiliter tempus terere, præsertim quòd omnia antiquitatis exempla nobis adstipulentur: quòd verò inexercitatos coactosq; esse argutantur, respondeo, verumque esse nō inficior, inexperientiam quidem timiditatis, coactionem verò refractarii animi matrem esse, veruntamen tam animus, quàm experientia ipsis adquiritur, si ritè armentur, exerceantur atq; ordinentur, quod postmodum luculentiùs vobis explicabitur. Quoad coactionē verò sciendum est, hos qui ad autoritatē principis militiæ adnotantur, neque omninò cogendos, nec etiam omninò suæ libidini relinquendos fore, nam si res ipsorum voluntati penitus relinquatur, consequentur incommoda, quæ suprà recensuimus, nimirū quòd nec delectus sit, nec copia exspectanda, sic etiā coactio absoluta pejores effectus est paritura: mediæ igitur viæ insistendum fuerit, quæ nec planè coactio, nec planè voluntaria militia sit: sed quæ ex respectu quodam erga principem oriatur, cujus potiùs indignationem, quàm pœnam præsentem milites abhorreant. Quòd si itaque istiusmodi coactio cum voluntario obsequio prudenter mixta temperataq; fuerit, nunquā talis animorum secessio orietur, quæ malos effectus producat. Affirmare tamen interim nolim, tales vinci nunquam posse, cùm exer-

ercitus toties Romanus, Hannibal quoque
e victus fuerit, indeque colligi possit, istius-
odi exercitum haberi non posse qui non ali-
ando vinci queat. Isti igitur sapientes ve-
l nō hinc statuant, militem istiusmodi inu-
em esse, quòd is aliquando victus fuerit, sed
tiùs cogitent, sicuti vinci, sic etiam vincere
um posse, eoque sedulò laborent, quò cau-
, ex quib. eum vinci obtigit, prudenter ob-
m eatur: huic rei verò studiosè incumben-
, facilè deprehendent, illum non vitio mo-
, sed potiùs ordinis, qui perfectione desti-
ebatur, victum fuisse: prospiciant igitur nō
tituta istiusmodi vituperando, sed ea cor-
endo, quod qua ratione fieri debeat, suc-
sivè ex me percipietis. Quod verò metui
is, ne is militum ordo ditionem propriam
cupet, si autorem idoneum nactus fuerit,
, nunquam compertum esse, à civibus vel
ditis authoritate legum atq; ex ordine ar-
tis, istiusmodi perpetrata fuisse, sed potiùs
Rebuspublicis utiles semper extitisse, has-
e diutiùs sub istiusmodi tutela, quam sine
floruisse. Roma quadringentis stetit ar-
s libera & fuit armata: Sparta verò octin-
itis. Multæ econtrà Respublicæ non arma-
libertatem vix quadraginta annos tueri po-
erunt: Urbibus enim arma omninò necessa-
sunt, quas cum propriis destituantur, ex-
nis uti cernimus, licèt publicæ utilitati ex-
ternus

ternus miles frequentiùs damno sit, quàm proprius: ille enim faciliùs se corrumpi patitur, citiusque à cive, qui potentiâ emineat, occupatur, partim etiam minore cum periculo rem aggreditur, quod ipsi cum inermibus negotiũ sit: quibus addi possit, Reipub. duos hostes, quàm unum magis extimescendos esse. At illa quæ extraneo milite utitur, eá tam stipendiarium habet, quàm civem, quos metuat, justum verò ejusmodi metum esse, testabitur id, quod nuper de Francisco Sfortia dixi: At hæc quæ propriis armis utitur, nihil nisi civem, quem metuat habet. Inter omnes verò rationes, quæ huic rei adduci possunt, hanc mihi palmariam esse volo, nullum nimirum unquã fuisse, qui novam Rempub. aut Regnum constitueret, qui non simul cogitaverit, iis ipsis, quib. regnum habitabatur, idem pariter armis defendendum esse. Quòd si Veneti hac in re, ut in reliquis, pari prudentia usi fuissent, proculdubio novam Monarchiam nobis in orbe produxissent: qui eo magis vituperãdi sunt, quòd ab ipsis incunabulis armati exstiterint, & licèt tum temporis nulla provincia sub ipsorũ imperio, mareque saltem ipsis possidendum reliquum esset, ibi certè magno animo fortiterq; rem gerebant, patriamque armata manu amplificabant. Succesſêre postmodum tempora, quæ ipsos ad militiam in terra pro Vicentinis gerendam cogebant; quo cùm quendam suorum

um civium ablegare prælioque præficere deuissent, in vicem Marchionem Mantuanum d stipendia sua receperunt: Hæc deliberatio nfelici sanè sydere auspicata, alas ipsis resecavit, quo in cœlum evolare, patriamque amplificare deinceps prohiberentur: Enimverò si sibi persuasum habebāt, licèt in navali prælio eminerent, haud paulò difficiliorem provinciam in terrestri prælio ipsis sustinendam fore, sanè minus prudenter id sibi metuebant: siquidem dux classis, cui consuetum est uno eodemque tempore cum ventis, aquis, atq; hominibus bellum gerere, multò faciliùs Ducis partes in prælio terrestri tuebitur, quàm Dux copiarum terrestrium navali prælio præficiatur. Romani certè mei, quibus receptum erat acie terrestri decernere, non in mari pugnare, postquam cum Carthaginensibus ipsis dimicandum esset, qui navibus prævalebant, non ad Græcos aut Hispanos in mari exercitatos conducendos confugerunt, sed propriis civibus, quibus alioquin in prælio terrestri utebantur, id curæ demandârunt, atque feliciter vicerunt: Quòd si verò ideo hoc egerunt Veneti, ne quis civium ea ratione tyrannidẽ occuparet, prudentia non minus istud consiliũ indigebat: nam præter eas, quas suprà paulò audivistis rationes, quæ huc quoque facere possint, videre ipsis promptum erat, si civis classi præfectus nunquam tyrannidem occu-

pare conatus fuit ea in urbe, quæ mari circumfluitur, multò minùs civem idipſum perfecturum eo milite, qui in terra pugnaret: atq; hinc inſuper animadvertere debuiſſent, exercitum ex civibus ipſis collectum tyrannum parturire neutiquam poſſe, ſed ex mala adminiſtratione tyrannidem oriri, & quia Reſpub. benè adminiſtrabatur, nihil erat quod ſibi à ſuis civibus metuerent: imprudenter itaque ſibi cõſuluerunt, quod gloriæ ipſorum atque felicitati ſanè non mediocre vulnus inflixit. Exemplum verò alterum, quod veſtri de Regis Galliæ negligentia opponunt, à quo nimirum exercitus ſub nulla diſciplina caſtrenſi continẽtur, nemo ſanè eſt, qui non agnoſcat, modò ſepoſitis affectibus judicet, hac in parte ſummoperè peccari, atque hanc ſolam ob rem regnum iſtud debilius eſſe. Verùm longiùs digreſſus ſum, quàm fortaſſe ratio poſtulabat, factum id autem, tam quo vobis reſponderem, quàm etiam liquidò demonſtrarem, in nullo alio niſi proprio milite ſpem eſſe, hunc verò niſi ad modum ordinantiæ in ordinem reſtitui, nec alia via militiam benè compoſitã uſpiam introduci, nec alia ratione diſciplinam militarem rectè conſtitui poſſe. Quòd ſi ordinem lectum perſpectumque illum habetis, quo primi Reges Romani, atque præ cæteris Servius Tullius uſus fuit, facilè deprehendetis ordinẽ claſſium nihil aliud quàm ordinantiam fuiſſe,

a omni momento patriæ defendendæ miles
ligi potuerit. Sed ut ad delectum nostrum
idem redeamus, hæc mea est sententia, si-
idem mihi veteres ordines restaurandi sint,
llum militem nisi septendecim annorum, at
iova planè militia constituenda, promiscuæ
itis quosque ad quadragesimum usque à
timo decimo anno à me lectos fore, quibus
nfestim rem aggredi liceat. Cosm. Num ra-
ne artium, quam quisque profiteatur, diffe-
itiam constituendam censes? Fabr. Con-
uunt quidem illi, quos hac de re scripsisse
ti: neque etenim, aucupes, piscatores, co-
os, lenones, aut quarumvis aliarum volu-
itum ministros recipi permittunt, sed re-
irunt agricolas, fabros, carpentarios, la-
os, venatores, & id genus similes: at ego pa-
m differentiæ ibi constituendum censerem,
m ex arte, quam quisque exercet, non tam
bur, quàm dexteritas in ea exercenda con-
i possit, eamque ob rem rustici, quod terram
lere atque tractare assuefacti sint, omnibus
iquis meritò præferantur, siquidem ex o-
nibus artibus hæc in exercitu utplurimùm
ercetur. His succedunt Fabri omnis generis,
rpentarii, fossores, quorum sufficientem ha-
re copiam convenit, quod nimirum eorum
iera multis in rebus perquàm sit necessaria
aximeque conducat, ex uno eodemque mi-
te duplex commodū in te redundare. Cosm.

Unde verò cognoſcantur illi, qui apti aut inepti ſint ad militiam? FABR. diſſeram de modo deligendæ legionis novæ unde ad exercitũ conſtituendum progredi poſſit, nam de ea electione quoque quæ in reſtaurandis veteribus ordinibus requiritur, verba partim facienda erunt. Ergo cognoſcitur aptitudo militis, quẽ eligendum tibi propoſuiſti, vel experientia, ex re nimirum quadam bene adminiſtrata, vel conjecturis. At in hominibus recens electis, quorum opera ad hanc rem nunquam fuerit probata, virtutem ſpectare rarò licet, etenim horum pauci aut potiùs nulli in ordinibus nuper conſcriptis occurrunt. Hinc igitur deficiente nimirum experientia, ad conjecturas neceſſariò deveniendum eſt, quæ tam ætate, quàm arte, tum etiam aſpectu nituntur, de duabus prioribus jam ſatis actum puto, ſupereſt ut de tertia loquamur. Fuerunt itaque, qui militem proceritate moleq; corporis conſpicuum eligebant, inter quos fuit Pirrhus: Alii ſolam promptitudinem ſpectabant, ut Cæſar: atque hæc tam animi quàm corporis, tum ex compage atque ſtructura membrorũ, tum ex aſpectu vultuque ingenuo dignoſcitur. Oculos itaque ii, qui hac de re ſcribunt, volunt eſſe vivaces atque amœnos, collum nervoſum, pectus amplum, brachia teroſa, digitos oblongos, ventrem minimè prominentem, femur rotundum, crura pedeſque graciliores,

ires, quæ ſanè partes hominem tibi agilem
q; fortem pollicentur, dotes quidem in mi-
e tales, quæ omnibus reliquis non immeri-
præferuntur. Mores etiam inprimis ſpectā-
, in quibus honeſtas atque verecundia elu-
at, niſi inſtrumentum vitiorum atque ini-
um omnis corruptionis eligere malis: nemo
im crediderit, ex flagitioſa educatione atq;
imo turpi quidquam virtuoſum aut laudē
gnum unquam prodire poſſe. Atque hoc
iidem in loco minimè ſuperfluum, imò ne-
ſſarium fuerit, quò meliùs neceſſitatem
iuſmodi delectus percipiatis, modum vobis
ſcribere, quo Conſules Romani, poſtquam
agiſtratum ingreſſi eſſent, in deligendis le-
ionibus Romanis uſi fuerunt, in quo ſanè de-
ctu, quod ob bella aſſidua ex veteranis no-
isque miles ſcribendus atque permiſcendus
rat, quoad veteranos quidem experientia, in
ecentioribus verò conjectura duce ipſis pro-
redi licebat: notandum itaque eſt, omnem
electum in hoc inſtitui, vel ut miles quam-
rimùm in hoſtem ducatur, vel ut quampri-
nùm exerceatur, quo poſtmodum utilius cum
oſte committi poſſit. Dixi hactenus atque
tiamnum explicabo uberiùs omnia, quæ ad
delectum militis ſubitarii requiri poſſe vide-
buntur. Etenim mihi propoſitum eſt vobis de-
monſtrare, quònam pacto miles ordinandus
ſit, ea in regione, quæ bellū neſciat. Inde enim

delectus, quo confestim utare, haberi nequit, sed aliunde petendus fuerit miles, unde talis haberi ex consuetudine queat, assentiente nimirum principe, sicuti olim Romæ, atq; hodie apud Helvetios fieri videmus: In istiusmodi etenim delectibus, licèt multi novitii compareant, non pauciores tamen exercitati, ordinibusque assueti sese offerunt, adeò ut veterani novitiis permixti, corpus constituant firmum atque bonum: licèt Imperatores, postquam milite perpetuò in stationibus dispo-sito uti cœperunt, magistros novitiis, quos tyrones vocabant, exercendis præficerent, sicuti in vita Imperatoris Maximi videre obviũ est. Quæ quidem res, cùm non in castris, sed in urbe ipsa, quoad nimirum Roma libera stetit, ageretur, omniaque militi scitu necessaria à tyronibus quotidie studiosissimè exercerentur, id efficiebat, ut delecti postea ad bellum fictæ militię adeò assuefacti essent, ut justæ deinceps feliciter adhiberentur: verùm intermissis postea atque planè extinctis istiusmodi rudimentis, ad id devenire necessum erat, quod modò dixi. Ut itaq; tandem ad modum delectus Romani deveniatur, sciendum est, consules Romanos, quibus militiæ cura demandata erat, postquam magistratum iniissent, ad ordinandum exercitum (siquidem cuique ipsorũ duæ legiones habendæ erant, in quibus robur omnis exercitus consistebat) viginti quatuor

tribu-

bunos creaſſe, atque ſingulæ legioni ſex eo-
n præfeciſſe, quibus id officii erat, quod
die Conneſtabiles gerere cernimus. Inde
iverſum populum Rom. militiæ aptum cõ-
cabant, tribuniſque ſingulæ legionis invi-
m ſeparatis, ſorte Tribus eligebant, è qui-
s primo delectus haberetur, atq; ex ea qui-
n tribu quatuor meliores ſecernebant, eum
modum, ut unus horum à Tribunis primæ
gionis, alter à tribunis ſecundę legionis, ite-
m alius à Tribunis tertiæ legionis, atque a-
s à Tribunis quartæ legionis optaretur. His
atuor ſic evocatis, ad alios quatuor progre-
ebantur, quorum unus Tribunis ſecundæ
gionis, ſecundus tertiæ legionis, tertius
artæ, quartus primæ optandus permitteba-
r. His peractis, quatuor alii evocabantur,
imum petebat tertia legio, ſecundum quar-
, tertium prima, quartum ſecunda: atque ad
inc modum tota electio ſuccedebat, quoad
nnes legiones æquales inter ſeſe conſtitue-
ntur. Licebat autem ut ſuprà attigi, exerci-
m ſic delectum confeſtim in hoſtem educe-
, ſiquidem magnam partem ex iis militibus
ſtabat, qui veræ militiæ, omnes autem fictæ
m aſſuefacti eſſent, delectuſque tam expe-
entia quàm conjecturis niteretur. At ſi no-
us exercitus ſcribendus, atque pro tempore
omponendus ſit, delectus niſi ex conjecturis,
aberi nequit, quæ ab ætate & aſpectu petun-

tur. COSM. Vera quidem omnia quæ narrasti censeo, sed antequam ultrà progrediare, id quod mihi in mentem revocasti, ex te quærere libet, quod nimirum delectum conjecturis inniti eo in loco, quo bellum nõ sit, modò dixeras: audivi enim sæpissimè legiones nostras, (seu malis ordinantias) multifariã reprehendi, præcipuè quoad numerũ, quem minorem sanè nostro usitato requirunt, idque huic potissimùm commodo, quod ea ratione & magis idoneos, & curiosiùs conquisitos habere liceat, nec etiam tanta ab ipsis injuria plebi metuenda fuerit, in præmiis etiam ipsis decernẽdis, quo eo magis in officio persistant, nõ tantum oneris incumbat, atque tandem faciliùs sub imperio contineantur: hac igitur de re opinionem tuam exspecto, uter nimirum numerus tibi aptior videatur, & quem ad modum utrumque horum, quoad delectum habendum censeas. FABR. Mihi quidem dubium nullum est, majorem numerum præstare magisque minore necessarium esse, imò ut apertius loquar, ubi major copia ordinari nequit, ibi perfectam legionem constituere non possis: neque adeo obstant quæ opponere aliisque adscribere tibi visum fuit, quin ea facillimè à me diluantur. Sic itaque primò statuo, minorem numerum eo loci, ubi populus frequentior sit, Tusciam pro exemplo sumamus, non efficere, quo ii meliores habeantur, aut delectus

us sit accuratior: nam si in delectu exercita-
s requirere tibi videatur, paucissimi sanè
ac in regione occurrent, quos experientia
pectatos faciat, tam quod rarissimus quisque
ilitiam secutus sit, quam quod ex his ipsis
ongè pauciores strenui adeò fuerint, quo in
electu merito reliquis præferantur: neces-
um igitur est his, quibus milites id locorum
onquirendi cura incumbit, ut omissa expe-
entia, conjecturæ tandem innitantur. Huc
erò necessitatis cùm deventum est cuperem
quidē ex his dignoscere, quānā mihi regula
tendū fuerit, ad hunc vel illum recipiendum
ut omittendum, si mihi verbigratia, viginti
dolescentes ingenuo pariter aspectu sese of-
erant? non alia mihi credat facilè unusquis-
que quàm minus peccatum iri, postquam non
onstat uter ipsorum præstet, si omnes reci-
iantur, armentur, instituantur, probeq; ex-
rceantur, quo postea inter exercendum ani-
nus cujusque strenuus dignoscatur, eoque
delectui certior inde ratio constet: ut tandem
es eò hinc redeat, hac quidem parte electio-
nem paucorū, ut eò meliores nanciscaris, pla-
nè nullius momenti & frustraneum fore. Da-
mnum verò, quod inde plebi agrisque metuē-
dum esse caussantur, quod attinet, affirmo le-
gionem, sive mala, sive exhausta numero sit,
nihil damni inferre, hic enim ordo neminem
à negotiis suis curandis abstrahit, neq; quen-

C 5

quam adstringit, quò minùs rebus suis adesse possit, siquidem diebus saltem otiosis in exercitiis desudetur, unde nihil incommodi damnive, seu agris seu hominibus inferri, sed id potiùs juventuti oblectamento esse queat: eaque ratione id quod diebus festis otiosis confabulationib. tribui solet, huic exercitio spectando insumeretur: nam ut tractare arma jucundum visu est, sic potissimùm juventuti id longè gratum esse solet. Ad ea verò quæ de solutione stipendiorum objiciuntur, quam inter paucos commodiùs distributam, eosque dicto audientiores inde futuros arbitrantur, respondetur, fieri non posse, ut quantúmvis paucorum hominum sit legio, iis tanta cum promptitudine atque studio de stipendiis prospiciatur, quo sibi satisfactum putent: sit verbi gratia, exercitus peditum quinque milliũ, sanè si his pro ipsorum exspectatione satisfacere cupis, ad minus decem mille Hungarici tibi in singulos menses erogandi erunt. Interim peditum hic numerus tam non sufficit ad justum exercitum constituendum, quàm stipendiorum nomine gravissimè sustinetur, quæ tamen hactenus non sufficiunt, ut militem benevolum atque ad omnia desideria paratum tibi promereri valeant, adeò ut hac via non saltem magni sint sumptus sustinendi, sed etiam vires fuerint exiguæ, neque defensioni tuæ vel aliis conatibus satis idoneæ aut suffi-

cien-

ites. Augendum hinc si putes vel numerũ stipendia, eò gravior tibi incumbet solu-, si minuendum alterutrum ex his,tam eò nùs eos tibi morigeros,quàm minori utili- i eris habiturus. Hinc sanè fit,ut illi qui de ionibus instituendis, iisdemque domi desi- ius alendis argutantur, aut ea quæ fieri ne- eunt, aut planè inutilia proponant, licèt n negem, omninò eas stipendia necessariò cipere, cùm ad bellum proficiscendum est.

Licèt autem tempore pacis legione sic cõ- rata, atque iis qui in hoc ordine descripti nt, aliquid incommodi regioni accedere ssit, etsi nihil istiusmodi animadvertere ieam, tanta tamen totque econtrà bona atq; mmoda inde promanabunt, quanta à mili- a bene instituta atque ordinata provinciæ perare licet: nam sine hac nihil usquam tutũ rit. Concludo igitur, illum cui exiguus mi- tum numerus, vel quòd horum stipendia inùs onerosa sint, vel aliam quamvis ob cau- am à te allegatam, placet, rem nõ capere, cùm jus rationes meæ sententiæ quoque militẽt, uibus accedit, quòd militum manum quan- umvis numerosa, ob infinita quæ hominibus occurrere solent impedimenta præ manibus indies rarescere soleat, unde ab exiguo nume- ro res tibi tandem ad nihilum redigatur: at si legio milite abundet, liberum tibi erit ex isto numero pauciores negotiis adhibere, ut hic

præ-

præteream talem legionem tam rei gerendæ, quàm existimationi magis inservire. cùm major numerus semper hanc augere soleat. His annumerari etiã possit, quod si legiones paucorum hominum, hinc inde in amplioribus provinciis distributæ, ad exercitia convocentur, id ob distantiam locorum absque maximo ipsorum detrimento fieri neutiquam posse, si verò istiusmodi exercitia omittantur, legiones planè inutiles esse, ut suo loco copiosiùs demonstrabitur. COSM. Sufficiant hæc quæ ad quæstionem meam disseruisti, aliud verò dubium mihi eximi cupio: ajunt etenim isti, à tanta hominum copia confusiones, incommoda atque turbas provinciæ proculdubio metuendas esse. FABR. Vanam esse etiam hanc opinionem mox tibi patebit: Duæ sanè viæ sunt, quibus istiusmodi ordo armatus injurius esse possit, nimirum aut inter seipsos, aut certè in alios: quibus incommodis, nisi instituta ipsa ordinis remedio essent, nihilominùs facilè obviam iri posset: Nam quoad turbas inter sese, hæc instituta illas planè tollunt, tantum abest, ut hinc illis materia præbeatur, quia nimirũ in ipso ordinis exordio tam armis quàm Ductoribus milites instruuntur. Quòd si verò provincia, in qua hic militiæ ordo constituitur, tam imbellis sit, ut inter incolas nulla arma, eaq; tam concors, ut nec partium duces in illa conspiciantur, tum hæc militia ipsorum

animos

imos in extraneos eò magis concitabit, ne-
ie ullo modo eos disjungi patietur, quòd ni-
irum homines bene instituti leges non mi-
ùs inter arma, quàm nõ armati metuunt, ne-
que unquam seditiones movere possunt, nisi
Duces ipsi, quos illis præfeceras, hisce occasio-
nē præbeant, quod qua ratione fiat, mox quidē
indicabitur. At si provincia & benè armata &
in partes distracta sit, hæc militia si quidquam
aliud unionis atq; concordiæ caussa erit: quod
licèt regio illa, & arma sua & ductores habeat,
tamen & istiusmodi arma in bello nullius mo-
menti, & ejusmodi duces turbarum autores
esse soleant: nostra verò hæc militia tam arma
militiæ apta, quàm Duces turbarum hostes at-
que oppressores suppeditabit. Illis receptum
est, si quem læsum ad se confugere conquestū
vident, illum non ad pacem, sed ad vindictam
potiùs exstimulare, ne quid nimirum ipsorū
existimationi depereat. Dux verò publicus
planè contraria insistit via adeò ut hac occa-
siones turbarum vitentur atq; opprimantur,
concordia verò reparetur, provinciarū præ-
terea illæ quæ unitæ quidem, at effœminatæ
sunt, pusillanimitati valedicunt atque unio-
ni eò magis student, discordes verò & turbi-
dæ hinc uniuntur, adeoque ea animorum fe-
rocia, quæ perperàm antea effervescebat, in
publicum commodum concedit.

Alterum membrum quod attinet, ne nimi-
rum

rum istiusmodi milites aliis nocumento sint, considerent illi, hoc fieri nullo modo posse, nisi Duces atque præfecti ipsorum eò inclinent. Ne verò Duces id conentur, inprimis curandum erit, ne nimia sit ipsorum apud militem authoritas: quæ quidem duplici via acquiritur, per ipsam nimirum naturam, vel per accidens. Naturam quæ spectant laborandum erit, ne quis in natali solo, militibus præficiatur, sed eum in locum transscribatur, ubi nulla naturali conjunctione nitatur: Accidentia verò sic præverti possunt, si quotannis Duces mutentur, atque alii aliis militibus præficiantur: solet etenim continuum in eosdem homines imperium eam animorum conjunctionem parturire, quæ facilè in damnum principis evadere queat: Quàm utiles verò istiusmodi mutationes iis sint, qui eas sibi esse amplectendas duxerunt, tùm etiam quàm perniciosæ his qui eas neglexerunt, ex Assyriorum atq; Imperii Romani successibus facilè dignosci potest, duravit etenim regnum illud mille annis absque seditionibus & bellis civilibus nulla alia ex causa, quàm ex annua permutatione Ducum omnium qui exercitibus præfecti erant. Neque etiam aliam ob causam, post extinctam Cæsarum familiam, in Imperio Romano tot bella intestina inter ipsos exercituũ Duces, totque conspirationes ab ipsis Ducibus in suos Imperatores exortæ fuerunt, nisi quòd

›d capita ista perpetuò iisdem militib. præ-
nt. Quòd si sanè quidam ex primis istis Im-
atoribus, atque etiam ex illis qui Imperiū
tea cum laude administrârunt, sicuti A-
anum, Marcum, Severum fecisse legimus,
ò perspicaces fuissent, ut hunc morem per-
tandorum Ducum sibi introducendū du-
ent, dubitari certè nequit, imperium ipso-
n & pacatius & firmius longè permansurū
sse, siquidem ea ratione præfectis minoran-
d turbandum, Imperatoribus minus causæ
timendum, senatui verò deficiente legiti-
› successore major autoritas ad eligendos
peratores eoque proculdubio electio me-
r utiliorque fuisset. Verùm pravas consue-
lines, sive eæ vel ab ignorantia vel à negli-
ntia hominum pendeant, neque bonis ne-
e malis exemplis corrigi, quotidie anim-
vertimus. Cosm. Dubito, num meis inter-
gationibus sermonem tuum fortean diver-
im, siquidem à delectu militū aliorsum nos
scendisse liquet, & nisi non adeò dudū ve-
im à terogassem, reprehensionem tuam non
meritò me incurrisse lubens faterer. Fabr.
ihil est quod metuas, siquidem tota hæc di-
essio de legionibus, seu ordinantiis differen-
necessaria, eæque immeritò à multis vitu-
ratæ, copiosiùs mihi defendendæ, adeoque
ima pars, nimirum de delectu huc collocan-
erat; de quo antequam ad reliquas partes
descen-

deſcendam, pauca quoad equitum delectum addenda quidem cenſeo. Legebantur apud veteres hi ex ditioribus, ſpectata inſuper tam hominis ætate, quàm reliquo habitu atq; trecenti ad legionem requirebantur, adeò ut in omni exercitu conſulari equitum numerus ſexcentos nuſquam excederet. COSM. Legiones ne iſtas equitum domi exerceres, quo prima occaſione in hoſtem paratæ ſint? FABR. Sic equidem res poſtulat, nec aliter fieri poſſit, ſi modò proprio militę & viribus uti, at illos vitare velis, qui militiam pro arte habent. COSM. Qua ratione hos eligeres? FABR. Imitarer hac in parte Romanos, adeóque legerem ditiores, his centuriones pro more hodie uſitato præficerem, denique eos armis atque exercitiis inſtituerem. COSM. Conſultum ne foret hiſce aliquid ſtipendiorum largiri? FAB. Ita ſanè, nec tamen plus quàm equo alendo ſatis ſit, nollem etenim ſubditos ſumptibus eam ob rem onerari, atq; hinc querelis anſam præberi: ſatis itaque, ſed & neceſſum fuerit, de equo, eóque alendo ipſis proſpicere. COSM. quantum verò horum numerum caperes, quibusque armis illos inſtrueres? FABR. Hæc alium ſermonem poſtulant, moneto id igitur ſuo loco, poſtquam nimirum, qualiter pedites armis inſtruendi atque ad prælium præparandi ſint, diximus.

LIBER

IBER SECUNDUS
)E ARTE MILITARI NI-
COLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Flo-rentini

AD LAURENTIUM STROTZ-zium Philippi filium.



IHIL dubii est, postquam hominum copiam nactus sis, armis illos instruendos fore: quo verò id ritè fiat, non abs re fuerit perpendere; quibus armis veteres sint, quo inde optimum quodque genus gi possit. Dividebant Romani militiam pestrem in plus minusque armis instructos: rius armatos, uno vocabulo velites vocant, sub quib. comprehendebantur omnes, i fundis, balistis, jaculisq; utebantur, quom major pars defensioni suæ caput opertū, iistrā per arma tectam gerebat. Dimicabant extra ordines atque sejuncti à gravioris araturæ militibus: quibus caput galea ad hueros usque pertingente tectum; corpus initum erat thorace, cujus fimbriæ ad genua que descendebant, crura & brachia ocreis rreis atque brachialibus integebantur, sistra scutum gestabat longum duas ulnas, la-

tum unam: idque laminis ferreis, una quidem scutum ambiente ictibus sustinendis, altera verò ex parte interiore ne labascenti hebetaretur, munitum erat offensioni ad latus sinistrum gladio cingebantur, longo ulna cum dimidia, ad dextrum pugione vel sica: telum dextra gestabat, quod pilum vocabant, idque antequam ad gladios deventum esset, in hostes emittebant. Hoc quidem modo arma Romanorum comparata erant, quibus universum terrarum orbem subegerunt Et licèt quidam veterum scriptorum ipsis præterea hastā ad formam veruti tribuant, mihi tamen non apparet, qua ratione hasta gravior scutum gerenti usui esse possit, cùm scutum impedimento sit, ne ambæ manus ea tractanda occupari queant, unica verò tantæ moli impar siti huc accedit, quod in frontibus atque ipsis ordinibus rem cum hastis gerere inutile sit, nisi primam frontem excipias, in qua explicandis hastis spatii satis est, at in reliquis ordinibus id fieri nequit, cum naturali quasi modo in præliis requiratur (sicuti cùm eò ventum erit, uberiùs cognoscetis) ut subinde agmen condensetur, tam quod hac ratione minus timeatur, quàm quòd ordines laxari cum manifestissimo periculo conjunctum sit, hinc fit, ut arma omnia, quæ longitudine ulnas duas excedunt, cùm densari agmen necessum est, planè nullius usui sint. Si etenim hasta instructus

sis,

, eamque ambabus manibus vibrare cupias,
:èt scutum nihil impediat, inimico tamen
'opinquo nihil damni ea inferre potes, si ve-
i illam mediam teneas, quò altera manu scu-
, utaris, tantum iterum à tergo hastæ tibi p-
inet, ut ab illis, qui te sequuntur, impedia-
; ne illam commodè tractare possis. Verum
té esse, Romanos aut ejusmodi hastas nō ha-
tiffe, aut si sanè habuerint, rarò illis usos
isse, facilè deprehendetis, si omnia prælia,
ıæ à Titio Livio celebrantur, evolvere vo-
eritis, cùm perquàm rarò hastarum mentio
i occurrat, sed post emissa pila mox gladiorū
rtamen succedat. Eam ob rem hastas istas
nitto, & quantum quidem Romanos atti-
:t, ipsis gladium offensioni, scutum verò cū
matura prædicta defensioni tribuo. At Græ-
armis defensivis non adeò gravibus ac Ro-
ani utebantur, at offensioni hastis plus tri-
iebant, quàm gladiis, inprimis phalangibus
acedonicis receptū erat hastas gestare, quas
rissas vocabant, longas ad minus decem ul-
ıs, quibus tam agmen inimicum aperiebant,
ıàm suos ordines tutabantur. Et quamvis
ıt qui scribant, illis etiam scuta fuisse, vide-
tamē ob rationes modò dictas nequeo, quo-
odo his cum sarissis convenire potuerit;
uibus addo, quòd in prælio, quo Paulus Ae-
ilius cum Perseo Macedoniæ Rege de sum-
a rerum decertavit, non meminerim scuto-

rum fieri mentionem, sed saltem sarissarum quantumque Romanis pro victoria ibi laborandum fuerit: ut tandem conjicere liceat, Phalangem Macedonicam nihil aliud fuisse quàm hodie agmen Helvetiorum, quibus in sarissis omne robur situm est. Romani præter arma pedites suos cristis ornabant, quod quidem suis jucundum, at hosti terribile visu esse solet. Equitum verò Romanorum, de antiquioribus illis loquor, arma erant scutum rotundum & galea, reliquo corpore intecto, offensioni gerebant gladium & hastam longam, gracilem atque tremulam cum cuspide ferrea, quæ quidem scuto objiciendo impedimento erat, & ob gracilitatem si robustius agitaretur, dissiliebat, ipsique inermes ictibus satis expositi erant, succedente verò tempore, peditum more sese armare cœperunt, licèt scutum ipsis brevius magisque quadratum, tum hasta paulò firmior esset, eaque ex utraque parte cuspidata, quo una quidem cuspide hebetata altera præstò foret. Hisce armis tam equestris quàm pedestris militiæ Romani mei universum orbem devicerunt, atq; ex eventu quidem ominari licet, ex omni militia hanc omnium instructissimam extitisse, quod etiam Livius sæpius testatur, ubi hostium militiam Romanæ comparando sic scriptum reliquit: Romani verò virtute, armorum genere, atque disciplina superiores erant: eam ob rem arma potius

eorum

rum qui vicerunt, quàm qui succubuerũt, scribere mihi placuit, nunc ad arma recen- militiæ nostræ descendamus. Pedites qui- m pectus thorace tectum habent, offensioni erò hastã novem ulnas longam gestant, quæ ncia atque etiam picca nostris nuncupatur, tus gladio cingũt rotunda potiùs quàm acu- cuspide. Hic sanè armandi modus plerisq; nc receptus est, pauci siquidem tergum aut achia muniunt, nemo verò caput, tum isti uci breviores gerunt hastas, gæsis aut secu- ous Romanis non absimiles, quas halebardas ncupamus. His permixti sunt sclopetarii, iorum munus est, vi ignis id efficere, quod itiquitus funditoribus & balistariis incum- ebat. Armandi hoc genus Germanis, præci- iè Helvetiis acceptum fertur. quibus in ege- ate degentibus, at libertati assuetis cum am- itione Magnatum Germanorum conflictan- um atque pugnandum erat, quorum opibus istructoque equiti, quem ipsi ob paupertaté uidem conducere non poterant, impares, edestri milite ipsis res gerenda, eoque ex ve- eri militia ordo atque arma, quæ equestri mi- tiæ opponenda utiliter forent, necessariò pe- enda erant: hæc inquam necessitas in caussa uit, ut hi antiquos militiæ ordines vel retine- ent vel repeterent, sine quibus sanè omnis edestris militia manca planéque inutilis est, uod omnibus prudentioribus probari video.

Sumpserunt itaque sibi hastas seu sarissas, (piccas ut monui vulgari sermone nuncupatas) armorum genus quidem longè utilissimum, equitum impressioni tam avertendæ quàm evertendæ, quibus rebus Germani freti eò audaciæ progressi sunt, ut eorum quindecim vel viginti millia, quemvis ingentem equitum numerum adgredi atque oppugnare minimè reformidare soleant, cujus multa recentis sæculi exstant exempla. Atque adeò tam manifesta eorum, qui huic ordini atque hisce armis nituntur, virtutis atque fortitudinis supersunt vestigia, ut ab eo, quo Rex Carolus VIII. in Italiam trajecit, tempore, omnes populi hæc imitanda sibi proposuerint, unde etiam exercitus Hispanicus in maximam existimationem excrevit. COSM. Utrum igitur morem armandi probandum magis censes, Germanicúmne, an priscum Romanum? FABR. Certè Romanum, atque adeò recensebo vobis quid in utroque seu laudandum seu vituperandum censeam. Pedites equidem Germani, equites & sustinere & vincere norunt, expeditiores sunt tam itineri, quàm cùm in aciem collocandi sunt, eò quòd armis non onerentur, verùm omnibus ictibus ideo expositi sunt, tam eminus quàm cominus, & quòd armis careant, præliis terrestribus atque dimicationibus omnibus, ubi animosè resistatur, inutiles sunt. Romani

autem,

em, non minùs atque hi sustinebant equi-
& vincebant, immunes erant ab ictibus
n cominus quàm eminus, quòd armis te-
rentur, commodiùs impressionem facie-
nt, atque etiam sustinebant scutis muniti,
angustiis utilius gladiis rem gerebant,
àm hisce hastis liceat, quibus gladius in-
per quod scutis destituantur, in istiusmodi
ibus inutilis est: tutò præterea castra &
initiones invadebant, tam quod toto cor-
re armati essent, quàm scuto insuper tege-
itur, ut tandem nihil præter gravitatem ar-
iturae, quæ gestanda erant, ipsis impedimen-
quidquam afferret, quam tamen difficulta-
n facilè superabant, quòd sese laboribus
que incommodis exercerent quotidie ac in-
irarent. Constat enim quantum ex consue-
dine homines molestiæ exantlare soleant.
onere autem hîc convenit, peditibus tam
im pedite, quàm cum equite aliquando di-
icandum esse, eam igitur ob rem inutilis erit
nnis pedestris exercitus, qui equitem aut
on sustinere queat, aut si modò sustineat,
pedite sibi metuat meliùs armato atque in
dines tributo. Jam si igitur Romanum pe-
item Germano conferatis, comperietis qui-
em in Germano, uti dictum est, aptitudi-
em, quæ equiti resistere possit, at magnam
æqualitatem, si ipsi cum pedite ordina-
o quidem simili modo, at Romanum in

morem armato, pugnandum fuerit, adeò ut hinc manifestum sit, id inter utrumque esse, quòd nimirum Romanus tam pediti, quàm equiti, Germanus verò tantùm equiti resistere possit. COSM. Cuperem te ad exempla particulatim nunc descendere, quo singula commodiùs intelligantur. FABR. Dico igitur ex multis historiis obviam fieri, Romanum peditem infinitum numerum equitum sæpiùs vicisse, nusquam verò reperietis, hunc ab alio pedite victum fuisse, vel quòd arma ipsis defuerint, vel quòd hac in parte hostes meliùs instructi essent. Quòd si enim verò modus, quo armari soliti erāt, aliqua ex parte mancus fuisset, necessariò duorum alterū inde consequebatur, aut victoriam nimirum ipsorum, si in meliùs armatos incidissent, retardari, aut ab aliis armandi modos ipsis peti, atque usitatos priùs deseri: Postquam verò neutrum horum evenerit, consequitur, facilè inde colligi posse, ipsorum modum armandi omniū reliquorum populorum arma longè antecessisse. Aliter verò cum pedite Germano actum est, siquidem sepissimè ipsos succubuisse novimus, quandocunque nimirum ipsis cum pedite pari ratione disposito atque obstinato confligendum erat, quod equidem ex præstantia armorum, in quæ inciderunt, evenisse constat.

Cùm Philippus Vicecomes Dux Mediolanensis à duodeviginti millibus Helvetiorum inva-

vaderetur, objecit illis Comitē Carmignuolum, id temporis militiæ suæ Ducem: qui quidem cum sex millibus equitum, atque exiguo peditum numero illis obviam profectus, manusque conserens, ingenti clade accepta pedem referre coactus fuit: unde ipsi tanquam viro cordato, robur illud quod in armis hostium situm erat, facilè cognoscere licuit, quātum nimirum illa in equitem præstarent, & quam invalidus eques contra peditem eum ad modum in ordines constitutum foret: collecta itaque alia manu, denuò in hostem profectus, ipsorū acie conspecta cataphractos suos ex equis desilire jussit, eoque modo cum hoste congressus, omnes ad internecionem delevit tribus millibus exceptis. qui sociorum strage conspecta, nihilque spei in armis sibi superesse, his abjectis victori sese dedidêre. Cosm. Unde verò tanta inæqualitas? Fabr. Id modò quidem indicaveram, postquam verò minus percepisti, iterum explicabo. Pedites Germani, ut modò dixi, inermes ferè quoad defensionem, offensioni hastam atque gladium gerunt, hisce armis instructi, atque ordinibus suis confisi hostem adgrediuntur, quo quidē ad defensionem suam meliùs armato, sicuti de Carmignuoli cataphractis recitavimus, nihil habet quod ipsi obstet, nisi saltem ut Helvetico sese jungat, quo gladio suo rem gerere possit, eò enim si evaserit, jam tutus dimica-

bit: siquidem Germanus hasta ob vicinitatem atque hastilis longitudinem in illum uti nequit, sed gladio pugnare cogitur, qui ipsi nullius usui est, tam quòd cæterum armatura destituatur, quàm quòd cum hoste gravi armatura munito ipsi res sit. Si quis igitur qua in re una harum partium alteri præstet, sibi ob oculos ponere velit, facilè dignoscet, leviter armato nihil spei superesse, econtrà hastarum primum impetum superare, optimè armatis haud magnæ molis esse, siquidem acies seu agmina (sicuti copiosiùs demonstrabitur, postquam indicavero, qua ratione ad manus veniendum sit) sensim progrediuntur, eoque tandem necessariò ita sibi invicem junguntur, ut pes pedem, pectusque pectus premat, & licèt unus atque alter hastarum impetu occumbat, reliquorum tamen, qui eas superant, tantus est numerus, ut victoriæ satis esse possint. Hinc sanè fuit ut Carmignuolus tanta cum strage hostium, exigua verò clade suorum insigni illa victoria potiretur. COSMUS. Cataphractarii quidem erant milites Carmignuoli, atque toto corpore armati, ferroque obducti, unde, licèt pedestri pugna, facilis tamen ipsis victoria erat: conjicio igitur eam ob rem, si quem pari successu pugnare voluerimus, illi omnem peditem eundem ad modum armandum fore. FABR. Si meminisses, quæ de modo armandi Romanorum jam disserui,
istius.

.ıſmodi conjecturis locus apud te non eſ-
, ſiquidem pedes cui caput galea cooper-
n, pectus thorace, ſcutoque munitum,
ıra atque brachia ferro tecta ſint, mul-
agilius ſeſe ab haſtis defendere, atque ſub
.s penetrare poteſt, quam cataphracto id
ere liceat, cujus hoc tibi ſit præſentis ſæcu-
zemplum.

Trajecerat ex Sicilia in agrum Neapolita-
n pedeſtris exercitus Hiſpanus, quo Con-
⁄o ſubveniret, à Gallis Barletiï obſeſſo: oc-
›avit ipſorum iter Obignius Gallus ſtipa-
cataphractis atque quatuor circiter mil-
›editibus Germanis: ad manus cùm ven-
n eſſet, Germani ordines Hiſpanorum
tis ſuis aperuerunt, at ii adjuti parmis
[ue agilitate ſua in Germanos impreſſio-
m fecerunt, quoad pes pedi conferre-
, atque gladiis res gereretur, unde illi
:ubuêre ferè omnes, atque Hiſpanis vi-
riam conceſsêre. Notum præterea eſt o-
ıibus, quàm ingens numerus peditũ Ger-
norum in pugna Ravennate occubuerit,
orum ſanè clades ex iiſdem cauſſis proma-
vit, ſiquidem pedites Hiſpani collato pe-
gladiis illos hauriebant, adeoque omnes
›culdubio deleviſſent, niſi ipſis maturè
equite Gallo ſubventum fuiſſet, nihilo-
nùs Hiſpani illæſis ordinibus in tutum ſeſe
:epêre. Concludo itaque, pediti non ſaltem

equi-

equites ſuſtinendos, ſed etiam pedites nihil metuendos eſſe, quod quidem (ut ſæpiùs jam dictum eſt) ex armandi modo, atque juſtis ordinibus ipſis obtingere poteſt. COSM. Qua igitur ratione illum armares? FABR. Sumerem tam Romana quàm Germanorum arma, alteramque partem ad Romanorum, ad Germanorum morem inſtruerem alteram. Nam ſi ex ſex millibus peditum (ſicut paulò pòſt dicetur) mihi ſint tria millia ſcutis ad modum Romanum, duo millia haſtis, mille ſclopetis ad Germanorũ morem armata, hæc mihi ſufficere judicarem: ſiquidem haſtas aut in fronte, aut ubi ab equite plus metuendum foret, collocarem, ſcutatos verò gladiis accinctos, victoriæ, ſicut demonſtrabitur, adipiſcendæ, poſtponerem, adeò ut mihi perſuaſum habeam, peditem ſic compoſitum, omnes alias pedeſtres copias facilè ſuperaturum. COSM. Quæ hactenus dicta ſunt, quoad pedites ſufficere poſſint, verum quoad equites, ſcire cupio, num huic noſtro, an antiquorum armandi modo plus tribuas. FABR. Statuo equidem hoc ſæculo, præſertim propter ephippia affabrefacta atque ſtapedas, priſcis inſuetas, tam firmius equos inſideri, quàm ſecuritati ex armaturæ genere magis ac olim proſpectum eſſe, adeò ut hodie impetus agminis cataphractorum, ob molem difficilius, quàm priſcorũ equites ſuſtineatur: Hæc tamen non obſtant,

quin

in mihi persuasum sit, nihil plus præsidii olim in his ponendum esse, siquidem (ut rà monui) sæpiùs contigit, ut hi à pediti- s turpiter hoc ævo repressi fuerint, oppri- :nturque posthac semper, si in pedites ita ut cimus, armatos atque dispositos inciderint: granes Armeniorum Rex exercitui Roma- rum, cui Lucullus præerat, centū ac quin- aginta millia equitum opposuit, inter quos ılti instar cataphractorum nostrorum arma- :rant, itidemque cataphracti dicebantur, m Romanorum equitatus vix sex, pedita- ; verò quindecim millium esset, adeò ut Ti- ınes conspecto tam parvo exercitu diceret, : equidem equites fortè legationi suffice- nt: nihilominùs cùm ad manus ventum es- :, victus fuit, adeoque is qui prælium istud nscripsit, cataphractos istiusmodi impro- t, eosq; ideò inutiles esse demonstrat, quod :ie tota armata visui vix locus pateret, quo tè ictus in hostem destinaretur, tum ob gra- tatem armaturæ, si equis dejicerentur, nec surgere, nec quidquam dextrè gerere pos- nt. Eam ob rem affirmo, omnes istas provin- as, quæ equitatui magis quàm peditatui fi- ınt, debiliores esse atque ad interitum verge- , sicuti Italiæ nostræ experiri nostro sæculo ontigit, utpote quæ ab exteris gentibus non iam ob caussam invasa, deprædata, atq; de- opulata fuit, quàm quòd militiā pedestrem

parum

parum curaret, omneque robur in solo equite poneret. Sunt quidem equites necessarii, verùm non primario, sed secundario militiæ fundamento: siquidem explorationibus, excursionibus, vastationibus, tum etiam ad infestandum atque lacessendum exercitum inimicum, eumque continuis velitationibus defatigandum, commeatumque intervertendum necessarii sanè sunt atque utilissimi. At in præliis, in quibus omne discrimen vertitur, postquam in eum finem omnis exercitus conscribitur, magis apti sunt ad hostem jam dissipatum persequendum, quàm ut quidquam aliud præstare possint, quod ad hanc rem requiratur, adeoque robori militiæ pedestris longè inferiores sunt. COSMUS. Duo mihi hîc occurrunt, quæ me dubium teneant, unum, quòd meminerim, Parthos in bellis nullo alio milite quàm equite pugnasse, nihilominùs tamen orbem terrarum cum Romanis divisisse, alterum, quod ex te scire cupiam, qua ratione equites à peditibus sustineri possint, atque unde alteris vires istæ, alteris debilitas constet. FABR. Aut dixi, aut certè in animo mihi erat dicere, dissertationẽ meam de re militari fines Europæ non excessuram, hæc itaque cùm sic se habeant equidẽ non teneor ad ea respondere, quæ in Asia gesta fuerunt. Interim istud sufficiat, militiam Parthorum ex diametro Romanæ contrariá fuisse, si-

, ſiquidem Parthi equites erant omnes atq;
dimicationibus confuſis ruptisq; ordinib.
ſtabili pugnandi planeq; incerto modo in-
uebant: At Romani ferè omnes pedites erāt,
q; conglobati adſtrictiq; dimicabant: varii
ā inter ipſos ſucceſſus cōſpiciuntur, ſiqui-
m alteri alteros ex ſitu locorum vel anguſto
l patenti vincebant, nam in illis Romani, in
s Parthi ſuperiores erant, quibus ſanè lice-
t, ex ſitu regionis, quam patentiſſimam de-
ndebant, rem præclarè adminiſtrare, utpo-
quæ à mari mille milliaria diſtet, flumini-
isque rariſſimis diviſa, tum pauciſſimis ci-
tatibus incolisque exculta ſit: adeò ut Ro-
anus exercitus tam ordinum quàm armatu-
: ratione gravior atque tardior, abſque gra-
ſſima jactura eam expugnare non potuerit,
ſtquàm ea equite expeditiſſimo, qui modò
e tibi oſtenderet, craſtino plus quinqua-
nta milliaribus abeſſet, defenderetur. Hinc
tum eſt, ut Parthi equite ſolo præſtarent, &
aſsi exercitus deleretur, Marcusque An-
nius ſummis difficultatibus implicare-
r: verùm ut dixi, mei propoſiti non eſt, ora-
ne mea militiæ Europeæ fines egredi, eam-
e ob rem inſiſtam Romanorum & Græco-
m priſcis, tum Germanorum modernis mi-
andi rationibus: Deſcendamus verò ad
undam interrogationem, quòd ſcire cu-
, quónam ordinandi genere, aut qua vi
natu-

naturali pedites equitibus præstare queant: ad quæ primum hoc tibi sit, postquam equitibus non licet omnem in locum, sicuti in pedite manifestum est, pergere, eam ob rem illos tardiùs dicto obedientes existere, si fortè ordines variandi sint: nam sive progredientibus retrocedendum, sive regressis convertendum, aut stantibus movendum sit, nihil sanè dubii est, quin hoc ipsis minùs dextrè, quàm peditibus effectum dari possit: quòd si quoque equites impressione quadam ordines laxaverint, hos absque difficultate restituere nequeunt, licèt impressio illa remittat, quod peditibus raro accidere solet. Hisce accedit sæpiùs virũ fortissimum equo deside, timidum verò feroce mereri, ex qua inæqualitate itidem turbari necessum est. Nec est quòd quisquam miretur globum peditum omnem equitatus impetum sustinere, siquidem constat equum animal esse suis sensibus præditum, quod pericula animadvertat, atque ægrè se in illa præcipitet: quòd si igitur perpendere volueritis, quæ vis illum impellat, quæve è contrà eundem reprimat, facilimè sanè deprehendetis, illam quæ reprimat, longè majorem esse eâ quæ propellat, nã calcari quidem impellitur, ex altera verò parte, vel gladio, vel sarissa excipitur: unde sanè tam priscis quàm nostro sæculo compertum est, globum peditum tutissimum, imò equiti invictum esse. Quòd si autem suspicari libeat,

impe-

impetum quo concitatur equus, eum ad ferociam magis impellere, quo hastas præ calcaribus contemnat, ego quidem affirmare ausim, equum quantumvis animosum, si hastas sibi excipiendas videat; aut sponte impetum remissurum, atq; cùm se feriri senserit, ulteriùs non moturum; aut si ad eas usque pertigerit, vel ad dextram, vel ad lævam deflexurum. Cujus quidem rei si experimentum capere libeat, murum quis equo incitato objiciat, sanè vix illum reperire liceat, qui quantumvis incitatissimus in illum ferri sustineat. Cùm Cæsari in Galliis contra Helvetios pugnandum esset, iam ipse se in pedes recepit; quàm equos omnes ablegari imperavit; utpote quos fugæ quàm pugnæ aptiores judicaret.

His tamen naturalibus impedimentis, quæ in equis deprehendere licet, non obstantibus, ductor ille, cui pedites commissi sunt, ejusmodi itinera sibi eligat, quæ equis quamplurimum impedimenti comparare queat; quòd solerter sibi propositum hoc habuerit, raro veniet, quin ex situ regionis aliquo tuto sese recipere possit: nam si collibus insideat, hic situs illum ab impressionibus atque impetu equorũ, quem metuere te dixeras, immunem præstabit: si verò per planiciem progrediatur, ex ullam offendet, quæ vel ob culturam vel silvas ipsi non aliquid adminiculi subministret: siquidem quodvis frutetum, quivis ag-

ger licèt neglectissimus, impetum istum reprimit, vineta quoq; tum reliquæ arbores equos impediunt. Idem etiam cùm ad prælium ventum fuerit, tibi usu veniet, siquidem minimū quodvis impedimentum impetum equorum frangere solet. Hisce unum hoc addendum duxi, Romanos nimirum tantum ordinibus suis tribuisse, ut si ipsorum optioni relictum fuisset, vel in angustiis ejusmodi pugnare, quibus sese ab impetu equorum citra explicationem ordinum tutari possent, vel in apertum prodire, ubi quidem ab equis plus periculi immineret, at ordines ipsis explicare liceret semper hoc, omissis angustiis amplexuros fuisse. Verùm res ipsa postulat, postquam peditem nostrum tam exprisco quàm nostrorum more armis instruximus, ut jam ad exercitia deveniamus, quibus Romani suum peditem erudierint, antequam prælio ipsum exponamus. Licèt itaque peditem benè electum, atq; meliùs armis instructum habeas, eò tamen majore tibi cura enitendum erit, quò is studiosissimè exerceatur, siquidem absque istiusmodi institutione miles bonus nemo unquam fuit. Triplex itaque exercitii ratio esse debet, una, qua corpus induretur, atque incommoda pati discat, tum etiam agilius dextrumque magis reddatur, altera, qua arma tractare assuescat; tertia, qua ordines tueri norit, idque tam proficiscendo, quàm dimicando, tum etiā castra metan-

metando: quæ quidem tres actiones precipuè sunt, quæ ab exercitu expectentur, nam si exercitus dextrè atque ex legibus militiæ iter faciat, dimicet, atque castra metetur, licèt prælium sinistrum exitum sortiatur, tamen Duci honos suus nihilominùs constabit. Eam ob rem priscæ Respublicæ omnes adeò hisce exercitiis invigilabant, easque usu & legibus tuebantur, ut nullam harum partium unquã intermitterent. Exercebant itaque juventutẽ cursu ad velocitatem, saltu ad agilitatem, lucta vel palo ad robur adquirendum, siquidem hæ tres partes in milite vix non necessariæ esse solent, velocitas etenim præstat, ut loca idonea hosti preripiat, aut illum exspectatione citiùs invadat, vel dissipatum aut fugientem citiùs assequatur: agilitate ictus vitare, fossam transilire, vallum superare discit: robore faciliùs arma sustinet, hostem ferit, impetum repellit. Id autem inprimis curabant, ut corpora ad incommoditates perferendas oneribus bajulandis præmunirentur, quæ quidem assuetudo maximè necessaria est, siquidem sæpiùs contingere solet, ut in expeditionibus difficilioribus militi præter arma annona aliquot dierum gerenda sit, cui quidem oneri, nisi laboribus assuefacto parem esse non licet: atque hoc sanè modo, aut periculum aliquod vitari non posset, aut victoria nulla cum existimatione adquiri.

Arma hoc modo tractare erudiebantur: vestiebant tyronem armatura, quæ duplo justum pondus excederet, gladii loco stipitem plumbo refertum ipsi suppeditabant, sic instructo, palus qui tres ulnas promineret, terræ ita defigendus erat, ut nullis ictibus cederet: quem hinc inde tyro, scuto munitus baculoque assiliebat, & nunc quasi caput feriturus, mox ut ventrem vel crura petebat, tum resiliebat, insiliebatque, ea tamen cautela servata, ne qua ex parte pateret ad plagam, cùm ad inferendũ vulnus insurgeret, atque hæc postquam armis fictitiis, quæ gravissima erant, gererentur, vera arma eò faciliùs postmodum tractabantur.

Volebant insuper Romani milites suos punctim, non cæsim ferire, tam quòd ictus isti faciliùs hostem interimerent, minusque vitari possent, quàm quòd milites ea ratione minùs quàm cæsim feriendo hosti paterent, citiusque ictus duplicarent. Nec sanè mirari cõvenit, priscos hisce minimis rebus curam adhibuisse, siquidem ubi manibus res gerenda est, vel in minimo præstare magni momenti fuerit, quod modò paucis monendos vos duxi, nam scriptores hujus mentionem sæpiùs faciunt, quàm ut ejus à me erudiamini. Neque etenim veteres felicitatem Reipub. alia ex re metiebantur, quàm multos in illa armis exercitatos reperiri, siquidem non splendor gemmarum aurive, sed solus armorum metus hostes

ſtes tibi ſubigat: His accedit, quòd ſi fortè aliqua in re alia peccetur, id ſæpiùs induſtria corrigi & reſarciri poſſit; at errata quæ in bello committuntur, quòd pœna præſtò ſit, emendari nequeunt. Solet præterea experientia illa animum militis augere, cùm ſanè nemo id tractare metuat, quod abundè ſe didiciſſe atque cognoviſſe ſciat: Eam ob rem placuit priſcis cives ſuos in omni munere militari ſedulò exerceri, atque ideò ad palum iſtum, præterea jaculis juſto gravioribus ſuos experiebantur, quo eo exercitii genere tam certius ictus deſtinarent, quàm viribus ipſorum aliquid accederet; arcum inſuper atque fundam tractabant, inque his exercitamentis ſingulis magiſtris ſuis parebant, quibus tanto ſtudio obtemperabant, ut cùm ad bellum deligendi eſſent, toto jam animo corporeque militiam feroces amplecterentur: ſiquidem nihil jam ipſis reſtabat, quàm ordinibus aſſueſcere, eoq; tam in itinere quàm dimicando ſervare, id quod ipſis non ægrè ſuccedebat, poſtquam iis interſererentur, qui jam ante militiæ addicti ordines ſervare noverant. Cosm. At quibus exercitiis noſtro hoc ſæculo milites occupares? Fabr. Non paucis ex his quæ jam recenſui, ut curſu, ſaltu, lucta, armis etiam juſto gravioribus illos defatigando, baliſta quoque & arcu, quibus bombardam novum (ut noſtis) at longè neceſſarium inſtrumentum conjungerem,

hisque exercitiis omnem juventutem meæ p-vinciæ, sed majore studio atque diligentia hos ex illis occuparem, quos in delectum conscriptos nossem, omnesque dies festos seu otiosos hisce rudimentis tribuerem: vellem etiam natando eos institui, quod maximo commodo sæpè esse solet, siquidem non ubivis vel pontibus vel navib, flumina trajicere liceat, adeò ut si exercitus tuus natare nesciat, multis cõmoditatibus, atq; etiam occasionibus rei bene gerendæ tibi carendum fuerit. Neque sanè aliã ob rem Romani tyrones suos in campo Martio exerceri volebant, quàm quòd Tiberis illum adluebat ubi sudorem in exercitando cõtractum abluere, vires recolligere, simulque natando exercere se liceret, simili planè ratione ad modum priscorum equites exercendos curarem, quod nõ minùs necessariũ censeam, tam equum, quàm seipsum equitando regere nosse, eã ad rẽ veteres equos ligneos cõstituebãt, in quos tã armatis quàm nõ armatis absq, alio adminiculo, & dextra, & sinistra insiliendum erat, quo sanè id perficiebant, ut ad nutũ ducis unicum, omnis exercitus equestris in pedibus conspiceretur, iterumque ad momẽtum in equos se reciperet. Hæc quidem exercitia tam equitum, quàm peditum, sicuti id temporis instituere facile erat, ita sanè hoc ævo ea restituere sive Reip. sive Principi haud difficile foret, cujus fidem facere possint quæ-

dam

dam urbes Occidentales, in quibus vestigia istiusmodi meditationum militarium in hunc modum supersunt. Dividunt siquidem hæ cives suos in multas partes, singulam verò harũ partium denominatam volunt ab eo genere armorum, quo ipsis in bello merendum fuerit: adeò ut postquam hastis, frameis, arcubus & sclopetis utantur, perinde hastatorum frameatorum, sagittariorum & sclopetariorum nomen partes sortiantur, necesse itaque habent subditorum quique nomina sua alicui harum partium adscribenda curare. Postquam autem non singuli, qua ætatis, qua alius impedimenti ratione bello apti sunt, ideo ex quaque parte aptiores deligunt, quos juratos vocant, qui diebus feriatis eo armorũ genere, cui adscripti sunt, in locis publicis eã ad rem tributis sese exercere, reliqui verò, qui partium quidem illarum sunt at inter juratos non adnumerantur, pecunia horum sumptibus necessariis subvenire tenentur: Quod itaque his factu facile est, id etiam nos imitari possemus, verùm imprudentia nostra non permittit, ut salubrioribus consiliis insistamus. Interim ex istis priscorum exercitiis boni pedites nascebantur, atque hinc etiam Occidentales hoc sæculo nostris peditibus præstant, siquidem veteres ipsos aut domi (quod Respub. illæ faciebant) aut in exercitu, quod Imperatoribus istis ex caussis jam dictis receptũ erat,

exercebant. Nos verò & domi exercitia omittimus, & in castris iis vacare non possumus, siquidem milites ex subditis nostris non sunt, neq; ad alia exercitia, quàm ipsimet sibi sumpserint, se adigi patiuntur, inde verò natum est, ut paulatim exercitia desuescerent, ordinesque intermitterentur, quoad regna atque Respublicæ, præcipuè Italicæ, ad eam quam cernimus, debilitatem devenirent. Verùm ad ordines nostros redeamus. Persequendo igitur exercitiorum hanc materiam, scire vos volo, non quidem sufficere multum in exercitiis desudasse, laboribus assuefactos, veloces, agilesque evasisse, sed insuper necessum esse, ut ordinibus insistere, signa, tubas, vocemque Ducis agnoscere, atque ordines stando, recedendo, progrediendo, pugnando & proficiscendo tueri noveris. Siquidem absque hac disciplina omni studio accuratissimè observata atque exercitata exercitus nunquam bonus fuerit; cum omni proculdubio quantumvis feroces, at inordinati, timidis at in ordines tributis longè debiliores sint, quòd ordines timorem dissipent, neglecti verò ferociam minuant.

Atque ut meliùs quidem ea, quæ infrà dicentur, percipiatis, scire vos velim, omnes populos in constituendis exercitibus, aut militia sua ordinis aliquam rationem habuisse, atque ejus præcipuum quoddam membrum consti-

constituisse: quod licèt nomine tenus alii aliter mutaverint, parum tamen quoad numerum inter se discrepasse, compertum est, siquidem omnes istud ex sex vel octo hominum millibus composuerunt. Hoc membrũ Romanis vocabatur Legio, à Græcis Phalanx, à Gallis Caterva, ab Helvetiis qui quidem soli hoc ævo ex antiqua militia umbram quandam retinent, vocatur Regimentum, quod nobis aciem significat, licèt singuli istud postea in turmas atque agmina subdiviserint, atque ex arbitrio ordinaverint. Placet itaque nomini huic, tanquam satis noto, oratione nostra insistere, istudque postea tam ex priscis quàm recentioribus ordinum rationibus, quantum quidem commodissimè ejus fieri potest, disponere: Et postquam Romani legiones suas, quæ quinque vel sex hominum milliũ erant, in decem cohortes tribuebant, nos legionem nostram sex mille peditum in decem agmina, quorum quodque sit quadringentorũ quinquaginta militum, dividemus, atque ex his quadringentos quidem armatura gravi, at quinquaginta leviore armabimus. Graviora arma constituemus ex scutis trecentis cũ gladiis centumque hastis, atque illi quidem scutati, hi hastati vocentur, leviori armaturæ tribuemus sclopetos, balistas, parmas, frameas, atq; hos quidem prisco nomine velites nuncupabimus ordinarios; Decem itaque agmina

ſive cohortes conſtabant ex tribus millibus ſcutatis, mille haſtatis ordinariis, atque quingentis velitibus ordinariis, quorum omnium numerus quatuor mille ac quingentos pedites conſtituit: poſtquam verò legionem noſtram ſex mille peditum nuncupavimus, eoq; mille quingenti nobis addendi ſint, mille quidem ex his cum haſtis pręterea munirem, quos haſtatos extraordinarios appellarem, quingenti verò levi armatura prodirent, eosque velites extraordinarios denominarem. adeò ut universa peditum meorum legio dimidia quidem parte ex ſcutatis, media verò ex haſtatis atque levis armaturæ militibus compoſita foret. Unicuique agmini tribunum, quatuor centuriones atque quadraginta decuriones, addito ductore velitum ordinariorum, cum quinque decurionibus præficerem, mille verò haſtis extraordinariis tres tribunos, decem centuriones, atque centum decuriones: velitibus tandem extraordinariis duos tribunos, quinque centuriones & quinquaginta decuriones præficerem: conſtituerem poſtmodum universo huic agmini Ducem ſupremum, atque omnibus tribunis ſigna & claſſicum tribuerem. Hac quidem ratione universa legio decem cohortium, ſexque mille peditum conſtaret ex tribus ſcutatorum millibus, mille haſtatis ordinariis, mille extraordinariis quingentis velitibus ordinariis, quingentis extra-

tra-

traordinariis, inter quos numerarentur centum quinquaginta decuriones, quindecim tribuni cum quindecim ſignis atque claſſiariis, quinquaginta quinque centuriones, decem ductores velitum ordinariorum, tandem Dux omnium ſupremus cum ſigno ſuo atque claſſico. Studiosè verò toties hunc ordinem repetere mihi libuit, ne poſtmodum cùm de modo inſtruendarum acierum agendum fuerit, confuſio fortè quædam vobis oboriatur. Operæpretium ergò facturus eſſet, ſive Rex, ſive Reſpub. ſi ſubditos ſuos, quos ad militiam inſtituere cupiat hiſce armis atque rationibus fulciret, totq; legiones hanc ad normam conſtitueret, quot provincias ſuas ferre poſſe cognoſcat: Neque ſanè ſic ordinatos atque in partes tributos, unum in locum ad exercitia convocare neceſſum eſſet, at ſufficeret quodque agmen ſuo in loco exercere, nam licèt numerus unius cohortis ad juſtam exercitus formam componendam non ſufficiat, licèt tamen unicuique militi ea ratione in eo ſe exercere, quod muneris ſui eſſe cognoverit: ſiquidem in exercitu duæ ordinum rationes obſervandæ ſunt, una, qua uniuscujuſque cohortis, altera, qua poſtea univerſæ legionis milites, ſi omnes conveniant, obſtringuntur, atque adeò qui primam aſſecutus fuerit, ſecundæ ſe facilè accommodabit, abſque prima verò ad ſecundæ diſciplinam nunquam pervenitur. Poſ-

Possunt itaque, ut jam dictum est, singula agmina separatim in ordinibus omni loco & tempore tuendis, erudiri, quo cognoscant, quali ratione sese colligere, quid ad classicum, quod in præliis receptum est, agere debeant, nam sicuti remiges ex sibili ratione, quid muneris sui sit, agnoscunt, non minùs sanè miles ex classico percipit, quantum sibi standum, nũ progrediendum, an verò retrocedendum, aut hac vel illac convertendum sit: adeò ut si ordines bene servare noverit, ne locus motúsve ullus quidquam in his turbet, mentemq; Ducis ex classico rectè assequatur, atque subitò suum in locum se recipere didicerit, facilè postea hæ cohortes, si in unum conveniant, id assequentur, quod justo exercitui agendũ fuerit. Postquam verò generalis istiusmodi exercitatio non parvi æstimanda venit, liceret quidem quotannis, modò per pacẽ id fieri queat, universa agmina colligere, atque ea justa acie explicata inque frontem, alas, atque subsidia in locis opportunis distributa, diebus aliquot tanquam justo prælio depugnandum foret, exercere: Cumq́ue bonus Dux exercitum suum ad prælium præparare soleat, vel ob hostem, quem præ manibus habet, vel ob illum, quem quidem non cernit, at justis ex caussis suspicatur; ita noster hic suum militem ita paratũ habeat, atque exercitatum, ut tam iter peragere, quàm si opus fuerit, manum conserere possit,

mon-

monſtret itaque, ſi vel hac vel illac hoſtem ingruere viderit, qua ratione excipiendus fuerit: ſi verò in hoſtem jam conſpicuum pugnare cupiat, indicet, quomodo acies committere, quóve loco idoneo ſeſe recipere. quæ repulſi ſubſidia exſpectare, quibúsve ſignis, vocibus, claſſico obtemperare debeant, inque his omnibus præludiis tam ſedulò & accuratè ipſos exerceat, ut jam juſto Marte decertare ipſimet deſiderent: ſiquidem exercitus non eò ferocior exiſtit, quòd milites habeat feroces, ſed quòd omnia ibi bene ordinata conſtitutaque ſint: nam ſi inter primos manus mihi conſerendæ, mihique conſtitutum ſit, qua repulſo locus pateat, atque ſuppetiæ ſuccedant, obſtinato ſanè magis animo certabo, quòd auxilia in propinquo ſint: Quòd ſi inter ſecundos pugnandum ſit, nihil inde terroris accedet, ſiquidem prævideram id fieri poſſe, idque exſpectaveram, quo mea opera Duci meo non iſtorum victoria paretur.

Iſtiuſmodi ſanè exercitia, tam ubi miles ſit novitius, quàm ubi veterani militent, ſummopere neceſſaria ſunt: ſiquidem videre licet, quanquam Romani à teneris militiæ ſuæ regulis imbuti fuerint, nihilominùs eorū Duces, priuſquam in hoſtem ſuos educerent, aſſiduè eos in ſingulis exercuiſſe. Teſtatur ſanè in ſua hiſtoria Joſephus, ex aſſiduis Romanorum exercitiis id effectum tandem fuiſſe, ut etiam

turba

turba illa, quæ exercitum lucri caussa sectari consuevit, cùm de summa certaretur, utilis esset, siquidem tueri ordines atque in illis pugnare omnes novissent. At in exercitu novitio, quem aut ideo, ut confestim ad prælium proficiscare, aut tempori reservandum conscripsisti, absque hisce institutionibus & exercitamentis, quæ tam per agmina, quàm universam legioné, instituuntur, frustra quidquam conêre, nam ut ordines omninò necessarii sunt, ita sanè duplicato labore hos iis assuescas, qui eos non norunt, quàm edoctos in iis contineas: cujus rei fidem facere possint tot illustres viri, qui nulla habita existimationis suæ cura, hos tam tueri, quàm docere tanto cum labore desudârunt: COSM. Videris à proposito tuo quodammodo aberrasse, siquidem nulla hactenus exercitandorum agminum facta mentione, de exercitu integro atque præliis disseruisti. FABR. Rectè mones, atque ut verum fatear ingens studium, quo ordines istos complector, justusque dolor, quo afficior, quòd illos negligi videam, me inde deduxerunt, verum non est, quòd me scopum deseruisse arbitremini. Igitur ut me monuisse meministis, in exercitio cohortium id primum est, ut ordines ritè serventur, hoc ut succedat, necessum est, ut milites strenuè in iis gradibus exerceantur, qui nobis Chiocciole vocitantur, dixi autem, unum horum agminum

num quadringentorum peditum gravis armaturæ esse debere, huic itaq; numero insistam. Hi ergo in octoginta ordines, quo quinque milites in unum ordinem recipiantur, disponendi, postea prout iter sive concitatius sive remissius faciendum fuerit, vel constringendi vel laxandi erunt, quod quidem qua ratione fiat, ostensu quàm dictu facilius, neq; adeò dicere necessarium quoque est, siquidem quivis in militia exercitatus nosse potest, quo modo eo in ordine progrediendum sit, qui quidem ad alia utilis non est, nisi ut miles ad servandos ordines probè erudiatur. Verùm unam harum cohortium tandem componamus. Tres igitur hujus formæ seu facies describi possunt, una, eaque aptissima est, eam solidam atque duarum quadratarum facierum componere, altera, ut quadrata quidem sit, sed frontem cornutam habeat: tertia, ut in medio vacua sit, quam faciem nos plateam sive forũ vocamus. Prima duorum generum esse potest, unũ, quo ordines duplicantur, ita ut secundus ordo primo, quartus tertio, sextus quinto. ac sic deinceps reliqui pari modo immisceantur, atq; hac ratione octoginta ordines ad quadraginta redigantur: postea eodẽ planè modo denuò duplicatis ordinib. cohors misceatur, quo viginti milites unã in lineã constituãtur, quæ facies duas propemodum quadraturas constituit, nã licet quaquaversum viginti homines eo mo-

eo modo conſpiciantur, tamē ea facies à fronte, ubi latus à latere contingitur, anguſtior eſt, quàm à fronte ad poſtremos adpareat, ſiquidē ea ratione ſinguli ordines duabus ulnis inter ſe diſtant, totamque faciem propterea magis longam, quàm latam exhibent. Monendi autem eſtis, poſtquam ſępiùs frontis, tergoris, laterumque nobis mentio facienda fuerit, nihil aliud me dictum velle, quàm frontem mihi anteriorem, tergum poſteriorem partem eſſe, latera autem in latus ſe porrigere. Quinquaginta velites cohortis ordinarii prædictis ordinibus immiſceri non ſolent, ſed poſtquam cohors in aciem diſpoſita fuerit, hi per latera ejus extenduntur. Alterum genus componendæ hujus cohortis hîc eſt, quod quidem ut primo præſtantius, eum planè ad modum vobis ob oculos ponere conabor, quo ordinandū eſſe ratio requirit. Statuo autem, vos meminiſſe quot militibus, quibus præfectis, qualique genere armaturæ cohors inſtructa ſit. Facies itaque hujus cohortis, ſicuti commemoratum eſt, viginti milites in ſingulos viginti ordines recipere debet, horumque primi quinque ordines haſtatorum, poſtremi quindecim ſcutatorum ſint, centuriones bini in fronte conſtituantur, bini à tergo, quibus id muneris tribuatur, quod veteres Tergiductoribus commendabant. Tribunus cum ſigno atque claſſico occupet ſpatium illud, quod inter haſtatos

ſcuta-

SECUNDA FIGURA.

ſcutatosque intereſt, decurionum ex utroque latere unus diſponatur, ita ut quilibet ſuos milites juxta ſe habeat, illos quidem, qui ad levam conſtituti ſunt, unus ad dextram, qui in dextro latere pugnaturi ſunt, alter ad ſiniſtram recipiendo: quinquaginta velites, tam latera quàm tergum claudant. Quòd ſi itaque velis, ut hæc cohors ſolito more pergendo, ſeſe in hunc modum formamque ſubitò recipiat, id hac ratione effectum dabis. Sint, uti diximus, hi pedites in octoginta ordines, quorum quiſque quinque milites capiat, diſtributi (rejectis velitibus vel in frontem, vel poſt cohortem, modò hiſce immixti non ſint) habeatque quilibet Centurio viginti poſt ſe ordines, atque ex his quinque proximi ordines haſtatorum, reliqui ſcutatorum ſint, tribunusque cum ſigno atque claſſico occupet ſpatium iſtud, quo ſcutati ab haſtatis ſecundi decurionis diſtant, locumque trium ſcutatorum ſumat. Decurionum viginti ſtent ad latera ordinum primi centurionis ad levam, viginti alii ſiſtantur ad latera ordinum ultimi centurionis ad dextram. Convenit autem decurionem haſtatorum & ipſum haſta, ſcutatorum verò, ſcuto armatum eſſe. Hos itaque in modos ordinibus diſpoſitis, ſi tibi fortè in itinere occurrat, ut pugnandum aciesque inſtituenda ſit, tum pedem ſiſtere jubeas primum centurionem cum ſuis viginti ordinibus, ſe-

cundus autem progrediendo ita ad dextram pergat, quousque latera primorum viginti ordinum æquet, ac primo centurioni sese jungat, ibique & ipse consistat, tertius interim centurio eodem planè modo itidem ad dextrã progrediatur, atque juxta stantes jam ordines eousque pergat, donec prioribus centurionibus etiam ipse jungatur, atque ibidem consistat, quartus tandem eadem ratione ad dextrã juxta latera priorum ordinum proficiscatur, donec & ipse frontem primam æquet, ibique pedem figat: quib. peractis, subitò duo centuriones soli frontẽ relinquant, atq; post aciem, quæ sic ut modò descripsimus, cõposita sit, firmi cõsistant. Velites autẽ ad latera extẽdantur, sicuti in prima facie dispositi fuere, quæ quidẽ ratio vocatur duplicatio p lineam rectã, at hęc duplicatio p latera. Illa facilior quidẽ est, at hęc accuratiore ordine constat, opportunior est, eãq; faciliùs ad arbitriũ corrigere queas, siquidem in illa tibi ex numero militũ tuorum res constituenda est, nam ex quinque decem, ex decem viginti, ex viginti duplicatis, quadraginta tibi prodeunt, adeò ut duplicando per lineam rectam, frontem nullam quindecim vel viginti, vel triginta, aut triginta quinq; militum constituere possis, sed tibi obtemperandum sit, quo numerus tuus duxerit. Cùm tamẽ indies in velitationibus occurrat, ut vel ex sexcentis vel octingentis peditibus frons

tibi

tibi constituenda sit, ubi sanè duplicatio per lineam rectam ordines turbatura esset: Eam ob rem hic alter modus mihi magis probatur, & si quid etiam hîc difficultatis supersit, id postmodum usu atque exercitatione facile fit.

Hoc itaque certum vobis sit, in nulla alia re tantum momenti situm esse, quàm ut milites ordines subitò componere norint, eā ob rem summoperè necessarium est, in istiusmodi cohortibus congregatos quotidie exerceri, quo concitato gressu tam progredi, quàm pedem referre, tum etiam per angustias locaque ardua ita proficisci discant, ne ordines quidquam turbentur: milites etenim, qui hoc in munere præstant, pro expertis, licèt nunquam hostem ullum conspexerint, imò pro veteranis meritò habendi sunt. At illi qui ordines hosce servare minus norint, licèt millies in acie steterint, semper pro tyronibus erunt. Atque hæc de modo quo componendi sint milites, cùm parvis ordinibus iter faciunt: postquā verò hunc ad modum tributi, vel ex situ locorum, vel hostis industria fortè aliquando dissipantur, hoc opus hic labor est, quo subitò recolligantur, eoque id frequentissimam exercitationem usumque requirit, qua sanè in re veteres non parum studii curæque insumpserunt. Duo itaque necessariò curanda sunt, primum, ut hæ cohortes semper singularibus tesseris abundent, alterum ut hæc methodus stu-

diosissimè servetur, quo iidem milites semper iisdem ordinibus, quibus assueti sunt, insistant: verbi gratia, si miles in secundo ordine stare solitus sit, ibi semper non tantum quoad ordinem, sed etiam quoad ipsum locum ordinis collocetur: cui rei, uti dixi, tesseræ atque symbola necessariò requiruntur. Primò itaq; necesse est ut signum ipsum ita variegatum sit, quo mixtum reliquis signis, manifesto cognosci possit. Secundò ut tribuni & centuriones cristas inter se distinctas gestent, inprimis verò curent, quo decuriones invicem dignoscātur. Quibus sanè rebus veteres tanta cura incumbebant, ut in ipsis galeis, quo reliqua præteream, numerum suum, videlicet primi, secundi, tertii quarti, &c. gererent neque tamē sic sibi satisfactum putabant, quin unusquisque miles præterea scuto suo non saltem notā ordinis, in quo pugnabat, sed etiam loci in eo ordine, inscriptum haberet. Si itaque hunc ad modum milites notati, intraque hos cancellos stare assuefacti fuerint, facilimū postmodum erit, si quando dissipati fuerint, eos confestim colligere, siquidem cùm signum steterit, centuriones atq; decuriones liquidò loca sua dignoscere possunt, quibus sinistra sinistris, dextra dextris occupatis atq; justis inter se spatiis relictis, milites duce institutione pristina, tum etiam tesseris atq; symbolis vocanti-

cantibus ſubitò ordines ſuos repetere poſſunt, pari planè modo acſi quis doliū labefactet, aſſeribus priùs notatis, abſque ullo ſanè labore illud reficiet, quod non notatis ipſi difficillimum factu foret. Hæc quidem munia, ſi ſtudium atque meditatio crebra acceſſerit, facilè & monſtrantur & addiſcuntur, edoctæ verò difficulter memoriam prætereunt, ſiquidem novitii à veteranis inſtitui atque hac ratione tandem univerſa provincia militiæ aſſuefieri poſſit. Requiritur inſuper ut inſtituantur aptè ſeſe eodem momento convertere, quo ſi res id poſtulet, latera vel tergum in frontem, viciſſimque frons in latera vel tergum commutetur, quod quidem facilimum eſt, ſiquidem ſufficit ut unuſquiſque miles faciem eò convertat, quo jubetur, ibi enim frons cohortis erit, quò faciem milites converterint. Non negaverim quidem, ſi in latera ſeſe convertāt, ordinibus aliquid ex juſta ipſorum proportione deperire, ſiquidem pectus à dorſo parum, latus verò à latere multum diſtat, quod ſanè ordini recepto in acie planè contrarium eſt: requiritur eam ob rem, ut exercitatio, aſſuetudo, atque induſtria id reſtituant: verùm hac in re magnum momentum ſitum non eſt, cùm ipſimet milites facilè id corrigere queant. At plus induſtriæ requiritur, majuſque ibi diſcrimen vertitur, quando acies univerſa ſe convertere cupit, ſicuti corpus ſolidum converti

necesse est, hîc enim usu atque assuetudine, tum etiam industria singulari opus est: nam si, verbi gratia, eam ad levam convertere cupias, necessum est, ut cornu sinistrum subsistat, illi verò qui propinquiores stantibus sunt, tam lento passu progrediantur, ne illis qui in latere dextro stant, properandum & currendum sit, unde summa sanè cõfusio exoriretur. Sed postquam semper accidere solet, si exercitui ex uno in alium locum migrandum sit, ut cohortes, quæ in fronte collocatæ non sunt, non ex fronte, sed vel ex latere vel à tergo pugnare jubeantur, adeò ut necessum exercitui sit, subitò latus vel tergum in frontem commutare: eo quidem casu, quo cohortibus sua constet ꝓportio, sicuti suprà demonstratum fuit, requiritur ut hastati eò loci collocentur, qui pro fronte futurus est, decuriones verò cum centurionibus atque Tribunis locum quisque suum occupet. Quo itaque hoc commodè succedat, sic agito, ut dum illos componis, octoginta prodeant ordines, quorũ quisque quinque milites hoc modo complectatur, ut omnes hastati in primis viginti ordinibus collocentur, eorum verò decuriones quinque in primo omnium, quinque etiam in postremo ordine sistantur, reliqui sexaginta ordines, qui hos sequuntur, omnes scutatorum sunt, atque tres centurias complent. Requiritur itaque ut in omnibus centuriis, primi & postremi ordines

ex de-

ex decurionibus componantur, Tribunus verò cum signo & classico, medium primæ scutatorum centuriæ, centurionum verò quisq; frontem suæ centuriæ occupet. In hunc modū dispositi ut fuerint, tibique libeat hastatos ad levam transferre, id fiet, si centuriam cum centuria à latere dextro, at si in dextro latere comparere cupis, à latere sinistro illas duplicaveris. Atque hac quidem ratione hæc cohors hastatos ad unum laterem, decuriones in fronte & à tergo, centuriones in fronte, atque Tribunum in medio habebit: eaque facies erit iter facientibus. Quòd si verò hostem conspexerit, atque tempus postulet, quo ex latere frons componatur, nihil aliud facto opus est, quàm ut milites omnes eò faciem convertant, ubi hastati steterint: atque hac ratione omnis acies tam quoad ordines, quàm quoad præfectos eum in modum comparebit, quem suprà descripsimus, siquidem præter centuriones unusquisque locum suum ab utroque latere occupat, hi verò subitò atque sine obstaculo suum quique occupare possūnt. At si rectà iter facientibus à tergo pugnandū sit, tum omnes ordines ita disponendi sunt, ut dum in aciem componuntur, hastati postremos ordines occupent, hoc verò ut fiat, nihil aliud curandum est, quàm ut quinque hastatorum ordines, qui ferè semper in fronte collocantur, tunc in postremo loco stent, in reliquis verò partibus

ordo prædictus omninò servetur. COSM. Dixisti, si rectè memini hunc meditationis militaris modum id præstare, ut postea hæ cohortes in unum exercitum componi, atque ex his exercitationibus aptè in ordines redigi possint: at si fortè istis quadringentis quinquaginta militibus separatim pugnandum foret, quánam ratione illos tum disponeres? FABR. Dijudicandum sanè tunc illi fuerit, qui cohortem hanc duxerit, quo loco hastati ponendi sint, eoque illos mox collocet, nihil etenim istud ordini suprà scripto repugnat: Nam licèt hic modus planè is sit, qui receptus est quando prælium universo cum exercitu committendum est, regulæ tamen vice in omni loco utendus venit, ubi manibus res agenda sit, satisfiet interim uberiùs huic quæstioni tuæ, cùm reliquos duos modos explicandorum ordinum vobis commonstravero, siquidem iis aut nunquam, aut tum modò locus est, cùm cohors sola, separataque ab aliis exponitur, atque ut tandem rationem disponendæ solæ cohortis, quæ duo habeat cornua vobis exponam, ordinandi erunt octoginta ordines, quorum quisque quinque milites comprehendat, in hunc modum. Collocetur in medium centurio, & post ipsum viginti quinque ordines, quorum quisque hastatos duos ad sinistram, scutatos verò tres ad dextram habeat: atq; ex his, post quinque ordines priores, in quoquo ordine

nn *ooxnn*

ordine ſtatuatur decurio medius inter haſtatos atque ſcutatos, exceptis iis qui haſtas gerunt, qui quidem cum haſtatis ſtare poſſunt. Poſt viginti hos ordines ſic diſpoſitos, ſiſtatur alius centurio, quem pone ſequantur quindecim ordines ſcutatorum atque poſt hos Tribunus medius inter ſignum atque claſſicum, quem itidem ſubſequantur quindecim alii ſcutatorum ordines: Tertius poſt hos collocetur centurio, qui poſt ſe viginti quinq; ordines habeat, in quorum unoquoq; tres ſtent ſcutati ad ſiniſtram, duoque haſtati ad dextrã. itidemque poſt quinque priores ordines in reliquos viginti ordines totidem decuriones medii inter haſtatos & ſcutatos interſerantur, quos ordines omnes tandem quartus centurio ſubſequatur. Quòd ſi itaque ex cohorte huncin modum diſpoſita, aciem, quæ duo habeat cornua, conſtituere velis, ſiſtendus fuerit primus centurio cum ſuis viginti quinque ordinibus, qui pone ipſum ſtant. poſtea movendum eſt ſecundo centurioni cum quindecim ſcutatorum ordinibus qui ipſum ſequuntur, idque ad dextram, progrediendo ad latus dextrum viginti quinque ordinum eouſque donec ad decimum quintũ ordinem perveniat, ibique tandem ſubſiſtendum: 'terum movendum erit Tribuno cum quindecim ſequentibus ſcutatorũ ordinibus, itidemque vergendo ad dextram, aſcendendoque ad latus dextrũ

quindecim ordinum, qui primo moverant, progrediendum, donec ad eorum frontem pervenerit, ibique tandem subsistat. Post hos moveat tertius centurio, cum viginti quinque suis ordinibus, quartoque centurione, qui pone sequebatur, pariterq; ad dextram ascendendo pergat ad latus dextrum quindecim scutatorum ordinum posteriorum, neq; subsistat, cùm ad horum frontem pervenerit, verùm eousque progrediatur, donec posteriores ordines quinque & vigesimorum æquo pede stent cum ordinibus posterioribus. His sic peractis, centurio ille, qui caput erat quindecim scutatorum ordinum priorum, relinquat locum suum ubi subsistebat, atque post ordines in angulum sinistrum sese conferat: unde tandem acies viginti ordinum firmorum, quorum quisque viginti milites capiat, cum duobus cornibus in fronte prodibit, quorum quodque decem ordines quinque militum habeat, eritque spatium residuum inter duo cornua, quantum decem milites occupare queant, qui quidem ex latere se contingant: erit præterea inter duo cornua Tribunus in quaque fronte cornuum centurio, similiter pone ex utroque latere centurio, tandemq; duo ordines hastatorũ atq; viginti decuriones ad unumquodq; latus stabunt, prosunt hæc cornua ad complectenda tormenta, si quæ sint, atq; vehicula: velites juxta latera sub

ſub haſtis diſtendentur. Quòd ſi verò hanc aciem cornutam in formam fori (cujus ſuprà mentioñe fecimus) reducere velis nihil aliud requiritur, quàm ut ex viginti quinq; ordinibus, quorum quiſque quinque milites capit, octo ſumas, eosque in fronte utriuſque cornu conſtituas, quæ quidem frons cùm eſſet, eo modo in tergum fori commutantur. In foro iſto vehicula, Tribunus, atque ſigna cõſiſtũt, tormenta verò vel in frontem vel juxta latera collocantur. Atque hi quidem modi ſunt, quorum uſus cohorti eſſe queat, cui per loca ſuſpecta iter faciendum ſit: interim tamen acies ſolida abſque cornibus & ſine foro vel platea melior eſt, licèt hæc cum cornibus neceſſaria ſit, ſi inermes atque debiles recipere & tueri velis. Helvetii quoque multas facies conſtituendarum acierum in uſu habent, inter quas unam in formam crucis componunt, ſiquidem in ſpatiis illis qui inter ramos crucis apparent, ſclopetarios ſuos ab impetu hoſtium immunes inque tutò collocant, verùm quòd iſtiuſmodi acies ſeparatim confligendo bonæ ſint, mei autem propoſiti ſit commonſtrare, quomodo in unum collectæ feliciter cum hoſte committi poſſint, nolo in his explicandis plus laboris inſumere.

Cosmus. Equidem modos, quibus cohortes iſtæ exercitandæ ſint, ſatis aſſecutus mihi eſſe videor, verùm ſi rectè memini, dixeras

xeras te præter decem istiusmodi cohortes, universo exercitui mille hastatos extraordinarios, quadringentos etiam velites extraordinarios conjungere: ergo non etiam horũ meditationes castrenses nobis explicare velis? FABR. Maximè verò, idque quàm accuratissimè & quidem hastatos ad minus signum unum post alterum in ordinibus tuendis, eum ad modum, quo etiam cæteros studiosè exercerem, siquidem horum usus mihi potior foret, quàm omnium reliquarum cohortium, in omnibus expeditionibus aut actib. separatis, sicuti sunt, explorare, prædas agere & his similia alia. velites autem domi exercerem, neq; illos in unum convocarem: cùm etenim ipsorum muneris sit disturbatis pugnare, nihil opus est ipsos cum reliquis ad exercitia communia convenire, sed satis fuerit in exercitiis particularibus bene instituere. Quod itaque jam dixi, id repetere mihi grave non est. exercendi sunt subditi in istiusmodi cohortibus sedulò, quo sciant ordines suos servare, locos suos agnoscere, in illos subitò se recipere, si vel ab hoste, vel situs ratione ii turbentur, hoc enim dextrè perficere si noverint, facilè postea assuescent loco, quem in acie servare tenentur, atque quid muneris sui in exercitu sit, assequentur. Quòd si itaque principi aut Reipub. visum fuerit in hisce ordinibus atq; meditationibus curæ studiiq; aliquid insumere,
semper

ſemper in provinciis ipſorum boni milites obvii, eoque ipſi vicinis potiores erunt, quibus leges præſcribere queant: verùm mala, qua vivimus, ratio, ſicuti diximus in cauſſa eſt, ut hæc inſtituta negligantur atque iſtiuſmodi exercitia non uti par eſt, æſtimentur, eamque ob rem exercitus noſtri boni neutiquam ſunt, & licèt in illis vel capita vel membra naturaliter ſtrenua reperiantur, iis tamen id experiri rarò licet. Cosm. Quid vehiculorum cuiq; harum cohortium conſtitueres? Fabr. Primùm nolim quenquam, ſeu centurionem, ſeu decurionem equo vehi. Tribuno autem ſi peditem eſſe non liberet, mula quidem non equo incedere permitterem, duo verò ipſi vehicula, cuique centurioni unum, tribuſque decurionibus; ſiquidem tot in caſtrorum metatione, ſicuti ſuo loco dicetur, conjungimus itidem duo concederem: adeò quidem ut unicuique cohorti triginta ſex vehicula conſtarent. quibus tentoria inprimis neceſſarioq; cũ vaſis culinariis, ſecuribus, palis ferreis, quãtum quidem caſtra metationi ſufficeret, imponerentur, reliqui ſi quid eſſet ſpatii idipſorũ commoditatibus concederetur. Cosm. Arbitror quidem tot præfectos atque duces in quaq; harum cohortium neceſſarios eſſe, vereor tamen ne tot imperia confuſionem pariant. Fabr. Verendum id quidem eſſet, ſi non omnes uno capiti parerent, poſtquam ve-

rò uni

rò uni ſubjecti ſunt, id potiùs ad ordinem facit; imò abſq; his regi commodè cohors nunquã poterit: murus etenim, qui omni ex parte ruinam minitetur, potiùs crebris, licèt non adeò robuſtis, quàm paucis at firmioribus fulcris ſuſtinetur; virtus ſiquidem unius ruinæ ex longinquo opitulari nequit. Requiritur eam ob rem, ut in exercitibus, decimus quiſque majoris alacritatis, fortitudinis, aut ſaltem authoritatis ſit, qui animo, verbis, atque exemplo reliquos in officio contineat, atque ad pugnam alacriores reddat. Atque hæ quidem res, officia nimirum militaria, claſſica, ſigna, & his ſimilia, quàm neceſſariæ ſint, inde facilè colligere licet; quòd in omnibus noſtris exercitibus hæ omnes conſpiciantur, licèt nulla muneri ſuo ſatisfaciat. Nam quod primò decuriones attinet, ſi hi officio ſuo cui recepti ſunt, ſatisfacere debeant, neceſſe eſt, ſicuti jam monui, ut ſinguli ſuas decurias ſibi paratas habeant; cum illis in caſtris habitent, ſeſe exerceant, atque eoſdem ordines tueantur: ſiquidem in locis propriis collocati pro regula ſunt, qua ordines firmi rectique contineantur, neque fieri poteſt, ut ii turbentur, aut ſi id fiat, ut non maturè locos ſuos repetant. Nos verò hoc ſæculo hos nullo alio cõmodo recipimus, quàm quòd ſtipendia ampliora mereantur, atque ſeceſſionibus fortè faces ſuppeditent. Idem etiam de ſignis di-

ctum

ctum esto, siquidem ea potiùs ostentationi in recensionibus, quàm alicui usui militari inserviunt. At veteres iis tàm pro itinerum ducibus, quàm recolligendis ordinibus utebantur, siquidem signo defixo, cuilibet locus suus juxta signum jam certò constabat, eoque quisque se conferebat: noverat præterea hinc quisque qualiter sibi vel movendum vel subsistendum esset. Necessum itaque est ut omnis exercitus, in membra plura dividatur, unumq; quodque membrum suum signum ductoremque habeat: nam id si sic constitutum sit, fieri sanè nequit quin animi inde crescant, totumque corpus viribus eò magis polleat. Progrediendum ergo militibus ad signorum motum, signa autem ad classici monitũ movenda fuerint, qui quidem si distinctus bene sit, universo exercitui imperat, atque hic gradu qui classici modis respondeat incedens, perquam facilè ordines servat. Quam ad rem veteres quidem buccinis, tibiis, aliisque sonis perfectissimè modulatis utebantur. (Nam sicuti qui saltant, numeris musicis obtemperare solent, atque eo modo errare nesciunt, eodem planè modo exercitus, si ad modos istos moveat ordines suos, facilè tuetur) mutabant ideo sonitum crebriùs, prout ipsis visum erat, vel gradum mutari, vel animos incitari, componi; aut refrænari: sicuti autem modi isti diversi distinctique erant, sic etiam diver-

diversa hæc nomina sortiebantur: Doricus etenim constantiam. Phrygius furorem excitabat: adeò ut sint qui scriptum reliquerint, Alexandrum Macedonem Phrygio modo adeò concitatum aliquando fuisse, ut è mensa exiliens armaque poscens à pugna sibi vix temperaverit. Necessum itaq; foret, omnes istiusmodi modos investigare, aut si in his deficeremus, saltem tales in usum vocare, quibus milites obtemperare assuescant, qui quidem ex arbitrio cujusque instituì mutarique possent, modò aures militum crebris exercitationibus iis imbuantur, iique eos intelligere addiscant. Hodierno verò tempore, nihil ferè ex classico nostro commodi, præter fremitum istum tinnitumque percipimus. COSM. Libenter igitur ex te cognoscerem an nunquam tecū examinaveris, unde nam hoc ævo tanta istorum exercitiorum negligentia, vecordiaque oborta sit. FABR. Non ægrè quidem promam quid ea de re mihi videatur. Notum sanè vobis esse arbitror, eorum qui in arte Bellica excelluerunt multos ex Europa, paucos ex Aphrica, pauciores ex Asia prodiisse: quod quidem inde evenisse potuit, quòd posteriores duæ hæ mundi partes, Imperium quidem unum atq; alterum. paucas verò Respub. habuerint, Europa verò non solùm aliquot Imperia, sed etiam infinitas Respub. produxerit. Solent autem homines excellere virtutemque suam osten-

ostendere pro ratione, qua rebus gerendis adhibentur, atque ab Imperatoribus seu Rebuspub. in pretio habentur: consequitur itaque, ut ubi multa munia atque Imperia sunt, inde quoque multi præstantes viri prodeant, at ubi rara, etiam rari. Asia suppeditat nobis Ninum, Cyrum, Artaxerxem, Mithridatem, paucos præterea cum his comparandos. Ex Aphrica (omissa antiquitate illa Aegyptia) prodierunt Jugurta, Masinissa, atque Carthaginensium Imperatores aliquot, qui tamen cum Europæis comparati, paucissimi occurrunt. In hac siquidem præstantissimorum virorum maxima abundat copia, majorque adhuc esset, si omnium eorum nomina constarent, quorũ res gestas vetustas temporis oblivione sepelivit. Orbis siquidem terrarum ibi potissimùm virtute floruit, ubi potentiores hanc magis in pretio habuerunt. Asia eam ob rem paucos nobis peperit, quòd provincia illa omnis uni Imperio subesset, quod quidem ob magnitudinem suam plerumq; in otio paceque degens, præstantes viros producere vix potuit. Aphricæ idem evenisse liquet, licèt ea aliquantò plures genuerit, qui potissimùm ex Repub. Carthaginensi prodière, siquidem ex Rebuspublicis plures viri præstantes quàm ex Imperiis oriri soleant: in his enim plerumque virtus excolitur, quæ in Imperiis potiùs metuitur, unde fit, in illis virtutem ali, in his verò extingui. Si

quis itaque Europam percurrere velit, comperiet tanctam Rebuspub. quàm principatibus floruisse, quæ quidem ob metum, quem aliæ aliis creabant, necesse habuerunt, disciplinam militarem sartam tectam, tum etiam eos in pretio habere, qui in hac excellerent: siquidem in Græcia præter Regnum Macedonum permultæ occurrunt Respub. quæ singulæ viros præstantissimos produxêre. In Italia nostra erant Romani, Samnites, Tusci, Galli, Cisalpini, Gallia atque etiam Germania permultas Respub. atque principatus habebat, sicut & Hispania, & quamvis pauci inter hos præcellentes, si Romanis illos comparare velis, reperiantur, id tamen scriptorum vitio evenisse liquet, quibus solitum est fortunam sequi, atque victorum potiùs laudes celebrare: Fieri etenim nequit, quin inter Samnites atque Tuscos, utpote qui centũ quinquaginta annis antequam subjugarentur, cum Romanis bellaverant, multi præstantissimi viri extiterint. Quod etiam de Gallia, atque Hispania asseverare licet: siquidem ii qui horum populorum meminêre, quod quidem virtuti cujusque adscribere neglexerunt, id copiosè in eo restituisse atq; posteritati commendasse videntur, quòd horum populorum infractos obstinatosque animos, quos pro tuenda libertate gerebant, in cœlum usq; laudibus extulerunt. Cùm itaq; certũ sit, ibi plures oriri præstantes

stantes viros, ubi plus imperiorum est, necessariò quoq; inde consequitur, ubi illa deficiūt, simul etiam virtutem paulatim extingui, deficiente nimirū caussa, quæ virtutem in hominibus generabat. Postquam igitur Imperium Romanum eousq; excrevisset, ut omnia reliqua imperia atque Respublicæ Europæ atque Aphricæ, magnā etiam partem Asiæ huic subjicerentur, nihil ad virtutem, nisi Romanis solis reliquum erat, unde factum est, ut virtute præstantes tam in Europa, quàm in Asia pauciores reperirentur, virtusque tandem sensim ad extremum declinaret. Nam omni præstantia Romam collecta, postquam illa laborare ibi corrumpique cœpit, universum orbem terrarum inde infici consectarium fuit, unde Scythis haud difficile erat, Imperium istud depopulari, quod alienam virtutem extinxisset, suam autem conservare neglexisset. Etsi autem Imperium istud propter inundationem Barbarorum postea in multas partes secaretur, virtus tamen ista restaurari nunquam potuit: Idque duabus potissimùm ex caussis, una, quòd non parum laborandum veniat, antequàm ordines semel corrupti iterum restaurentur, altera, quòd regulæ Christianæ religionis, ex quibus hodie vivitur, non eam necessitatem defensionis postulent, quæ priscis incumbebat, siquidem victi id temporis aut seipsos interimebant, aut

perpetuam servitutem serviebant, eoq; miserrimè ætatem agebant, captæ urbes aut delebãtur funditus, aut earum incolæ spoliati exutique omnibus bonis in colonias transferebantur, adeò ut bello victos extrema miseria maneret. Hinc perterrefacti homines exercitiis militaribus eò acriùs incumbebant, eosq; qui in hoc genere excellerent, in pretio habebãt; at hodie magnam partem metu isto liberati sumus, ex victis enim pauci necãtur, nullus diuturno carcere premitur, adque liberationem proclivis via est, urbes etiam licèt millies rebellârint, nunquam delentur, constant unicuique opes suæ, adeò ut summum malorum, quod his exspectandum sit, in exactionem quandam desinat. Hinc fit, ut homines disciplinæ militari sese submittere recusent neque multum in periculis quæ non magnoperè curant, evitandis desudare cupiant. Huc accedit, quòd omnes Europeæ provinciæ sub paucissima imperia reductæ reperiantur, si nimirum ea cum prisco ævo comparare velis: Siquidem universa Gallia Regi, Hispania quoque uni pareat, Italia etiam in partes non adeò paucas divisa sit, adeò ut debiliores non alia ratione quàm victoribus accedendo sese tueantur, potentiores verò extremam cladem ex rationibus jam dictis, quod metuant, non habeant.

COSMUS. At multas pol civitates viginti quinq; abhinc annis diripi, Regnaq; interire vidi-

vidimus, quæ quidem exempla reliquos erudire debeant, quò veterem disciplinam sibi repetendam esse tandem statuant. Fabr. Est quidem ita ut dicis: quod si autem considerare volueris, quænam civitates direptioni patuerint, facilè deprehendes non illas provinciarum capita, sed membra saltem fuisse, Dertona siquidem, non Mediolanum, Capua, non Neapolis, Brixia, non Venetiæ, Ravenna, non Roma direptæ fuerunt: quæ quidem exempla mentem eorum, qui ad gubernacula sedent, non mutant, sed potiùs hinc obfirmant, quod sperant posse damnum istud tributis atq; exactionibus resarciri, eoque in exercitiis militaribus desudare nolunt, partim quod ea non adeò necessaria, partim etiam nodum esse existiment, qui captum ipsorum excedat. ii verò, qui his subjecti sunt, quorum intererat exemplis istis commoveri, debiliores sunt, quàm ut remedium hisce rebus afferre queant: Reges verò atque principes, qui provinciis exuti sunt, id præstare ampliùs nequeunt; at qui illas occupârunt, id facere nec possunt nec cupiunt, nam citra molestiam fortunæ, quam virtuti inniti malunt, siquidem animadvertunt, virtute ubivis deficiente, omnia fortunæ subesse, huic itaq; potiùs obtemperare, quàm illam sibi subjectam volunt. Hæc autem quæ modò disserui, vera esse, exemplo sit Germania, in qua ob multos principatus Republi-

casq; satis virtutis superesse cernimus, adeoque omne id quod hodierna militia pollet, huic genti acceptum ferimus, siquidem ad unum omnes libertati suæ invigilantes atque servitutem abhorrentes, quod aliis quidem minùs curatur, cum imperio atque dignitate ævum transigunt. Hæc vobis sufficere velim ad demonstrandas caussas, quibus hodierna militia, mea quidem sententia, tantoperè degeneraverit, nescio, nũ vobis idem videatur, aut fortè aliquid dubii apud vos supersit. COSMUS. Nullũ planè, quin omnia optimè perceperim: unum tamen præterea, quo ad propositum nostrum redeamus, à te scire cupio, qua ratione nimirum equites cum hisce cohortibus conjungendos, ordinandos, quo numero recipiendos, quibus præterea ducibus armisque instruendos arbitreris? FABR. Existimas fortasse illos à me neglectos? atqui nolim vos id mirari, siquidem duabus de caussis parcus de his mihi sermo futurus fuerit: una, quòd robur nervusq; militiæ in peditatu cõsistat, altera, quòd hæc pars exercitus minùs quàm altera corrupta sit: nam licèt hæc fortassis priscos non usque adeò superat, at æquat certè: Tum dictum jam aliquid de equitum exercitatione vos meminisse arbitror: Ergo ad eum modum illos armarem, quem tam in equitatu levioris armaturæ, quàm apud cataphractos receptum videmus: vellem tamen

levius

levius armatos omnes baliſtarios, atque his permixtos aliquot ſclopetarios eſſe, nam licèt hi in reliquo opere bellico parum utiles ſint, in hoc tamen plurimum proſunt, ut turbam agreſtem perterreant, atque ſi fortè loca munita inſederit, eam inde propulſent, ſiquidem unicus ſclopetarius plus terroris illis inferat quàm alii armati viginti. Verùm ut numerum horum definiamus, poſtquam in hoc opere Romanam militiam imitari cœpimus, ſanè ultra trecentos equites univerſæ legioni non conjungerem, atque horum quidem partem cataphractarios, partem verò levis armaturæ: Harum cuique Ducem cum ſigno & claſſico atque quindecim decurionibus præficerem, tribuerem omni decuriæ tam cataphractariorũ quàm levis armaturæ quinq; vehicula, quib. eorum ſicut & peditũ, tentoria, vaſa, ſecures, paliq; imponerentur, & ſi quid loci ſupereſſet, id eorũ quoq; uſui pateret. Neq; verò hoc vobis rationi minùs conſentaneũ videatur, ꝙ nimirũ cataphractariorũ quéq; quatuor equites adminiſteria ſua alere cõſpicimus, ſiquidẽ id corrupti ſæculi vitiũ eſt. Cernimus etenim in Germania tales cataphractarios ſolos equo ſolo mereri, nec niſi binis decuriis vehiculum unum tribui, cui ſarcinas neceſſarias imponant. Romanorum ſanè equi ſoli & ipſi erant, quanquam non inficias eam Triarios in caſtris juxta equites locum habuiſſe, quibus

incumbebat operam suã quoad curam equorum his subministrare, quod quidem nobis imitatu facilimum est, sicuti in castrametatione videbimus. Quod itaque Romani faciebant. atque Germani adhuc hodie faciunt, id etiam nos imitari possumus, imò nisi id faciamus, peccabimus. Equites isti sic distributi possent aliquando ad legionis integræ exercitamenta convocari, & tanquam præliaturi cum hac committi, atque id quidem potiùs quo se invicem agnoscere discant, quàm quòd justa necessitas id requirere videatur. Atque hæc quidem hac de parte satis: componendus nunc instat exercitus, qui justo prælio cũ hoste dimicare, atq; victoriam sibi polliceri possit, quæ quidem finis est, propter quam militia suscipitur, tantumque curæ in illa rectè constituenda insumitur.

LIBER

LIBER TERTIUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



OSMUS. Postquam in alium sermoné discedimus, cupio aliũ quoque interrogatoris vices sibi sumere, nolim enim audacior haberi, quod equidem vitii in aliis reprehendere solitus sum, eam ob rem depono Dictaturam, eamque concedo, si cui ex amicis hisce nostris eam sibi sumere libuerit. ZANOBIUS. Gratissimũ quidem nobis fuisset id muneris à te ulteriùs administrari. verùm postquam aliud tibi videatur, saltem substituas qui vices tuas agat. COSMUS. Hoc quidem dicat Dominus FABRITIUS. FABR. Faciam id lubens, eoque jubeo ut morem Venetorum imitemur, quibus receptum est, natu minimum sermonem primum ordiri: nam cùm hæc exercitamẽta potissimùm adolescentum sint, persuasum mihi non præter rationem habeo, adolescentes eò aptiores ad verba hac de re facienda futuros, quò alacriores ad

ea perficienda conspiciuntur. COSMUS. Ergo tuæ hærent partes Ludovice, atque ut mihi quidem de tali successore gratulor, ita erit quod tibi quoque hic quæsitor satisfaciat: rogo itaque ut ad propositum redeamus, ne tempus otiosis nobis prætereat. FABR. Novi equidem rectè demonstraturo, qua ratione exercitus ad decernendum justo prælio constitui ordinarique debeat, incumbere, ut repetat, quomodo tam Græci quàm Romani acies suas in prælio disposuerint, verùm postquam vobis ipsis ex iis, qui hac de re scripserunt isthæc petere atque considerare liceat, multa quidem sciens prætermissurus sim, quæ hac de re particulatim dici possent, idque saltem adducturus, quod imitatu nobis necessarium sit, si militiæ nostræ aliquid perfectionis addere velimus, qua via pariter disserere poterimus, quibus modis exercitus ad prelium constituatur, qua ratione porrò ad manus tam in justo bello, quàm in præludiis veniendum sit. Maximè igitur hac in re ab illis, qui justo prælio sese accingunt, peccari video, quòd unam saltem frontem constituant, omneque discrimen uni prælio fortunæq; committant, quod quidem hinc fieri judico, quòd ratio illa nobis interiit, qua apud veteres cohortes & turmas sese invicem recipere norant, siquidem absque hac methodo neque primis subveniri, neque hi defendi, neque ipsorum vices, illis recе-

ptis,

ptis, ſuſtineri poſſunt, quod ſanè Romanis factu facilimum erat. Quo igitur modus iſte reſtituatur, ſciendum eſt, Romanos legiones ſuas trifariam nimirum in haſtatos, principes, atque Triarios diſtinxiſſe, quorū haſtati quidem in prima exercitus fronte ordinibus frequentibus atque denſatis conſtituebantur, hos ſequebantur principes, ſed rariores, quibus ſuccedebant Triarii, verùm adeò laxis ordinibus, ut ſi caſus ferret, hi tam principes, quàm haſtatos in ordines ſuos recipere poſſent. Præter hos ipſis tam funditores quàm baliſtarii, aliique levis armaturæ milites erant, qui ordinibus hiſce non immittebantur, ſed ante frontem agminis inter equites atque pedites collocabantur. Et hi quidem pugnam inſtaurabant, & ſi vincerent, quod rarò accidiſſe liquet, victoriam ſequebantur, at victi juxta latera exercitus pedem referebant, aliquando etiam per intervalla, quæ ad hoc ordinata fuerant, ad turbā inermem uſq; regrediebantur: his digreſſis, haſtati manus cum hoſte committebant, atq; ſi eos vinci cōtingeret, paulatim intra principum ordines ſe recipiebant, hisq; conjuncti pugnam redintegrabant: quòd ſi autem & hos repelli contingeret, tunc omnes intra ordines rariſſimos Triariorum ſe recipiebant, atque conglobati prælium reſtaurabant, quòd ſi verò tandem etiam hi vincerentur, tum nihil ſpei reliquum

liquum erat, siquidem ordinibus restituendis modus nullus jam superesset. Equites aliquātò remotiùs ad latera exercitus, ad formā alarùm duarum constituti erant, atque nunc cū equitibus pugnabant, nunc peditibus subveniebant, prout occasio id postulare videbatur; Hic sanè modus, quo tertio ordines restituuntur, adeò solidus est, ut vinci ferè nequeat, siquidem necesse fuerit, ut tertio fortuna tibi adversetur, hostique vires tantæ suppetant, quibus te vincere tertio possit. Græcorū verò phalanges hanc rationem restaurandorum ordinum nō sequebantur & quamvis in his Ducum ordinumque satis esset, tamen unū corpus aut agmen constituebant, atque quò sibi invicem subveniendi locus esset, non ordines quidem sese invicem recipiebant, sicuti Romanis consuetum erat, sed vir in viri locum succedebat, idque hoc modo. Phalange ipsorum in ordines disposita, (constituamus verbi caussa quinquaginta viros in quemquo ordinem) cùm manus conserendæ essent, sex priores ordines singuli pugnare poterant, siquidem ipsorum hastæ, quas sarissas vocabāt, tam longæ essent, ut cuspides hastarum sexti ordinis primorum ordinum frontem præterirent: cùm igitur pugnando aliquem primi ordinis occumbere contingeret, subitò is qui in secundo ordine hunc sequebatur, ejus locum occupabat, ex tertio verò ordine secū-

di lo-

di locus, atque ſic deinceps, implebatur, eo ordine, ut ex poſterioribus ordinibus ordines priores redintegrarentur, eoque modo ordines integri ſemper conſiſterent, nec locus milite vacuus, præterquam in ultimo ordine ullus conſpiceretur, qui quidem paulatim minuebatur, quòd neminem, à quo reſtauraretur, poſt ſe haberet, conſumebat. itaq; hac ratione jacturę priorum ordinum poſtremos ordines, ipſi verò integri ſemper manebant, adeò ut iſtiuſmodi phalanges cōſumi potiùs quàm penetrari poſſent, ſiquidem moles iſta difficiliùs loco movebatur. Romani quidem ab initio phalangibus & ipſi utebantur, atque legiones ſuas inſtar harum conſtituebant, verùm poſtea neglecto hoc ordine legiones ſuas in aliquot membra, cohortes nimirum atq; manipulos dividebant, ſiquidem ſtatuebant in eo corpore plus vigoris eſſe, in quo plus animi, quodque ex pluribus partibus compoſitū eſſet, quæ ſingulæ ſeſe regere noſſent. Legiones Helvetiorum hoc ſæculo omnem phalangis modum, tàm quoad conglobatā molem, quàm quòd vir viro ſuccedat, ſequuntur, tum etiam cum prælio decertandum eſt, legionem legioni à latere conſtituunt, & ſi fortè unam poſt aliam diſponant, fit tamen id non eo modo, ut repulſa prima legio à ſecunda recipi poſſit, verùm ſibi ſubvenire invicem ſolent, hoc ordine, quòd unam legionem in fronte conſtituāt,

altera

altera verò post hanc ad latus dextrum deflectant, idque in eum finem; ut si prior legio fortè laborare cœperit, secunda confestim huic subvenire possit: tertiam verò legionem post has satis longo intervallo; quantum nimirum bombarda pertingi queat, collocant, quo primis duabus repulsis, hæc succedere, atque tam his, quàm iis, qui repressi fuêre, locus suppetere possit, ne alter alteri impedimento sit. Tanta etenim moles tam facilè, ac membra minora recipi nequit, eam ob rem partes illæ cohortium in legione Romana non ægrè ita disponi poterant; ut & recipi, & altera alteri auxilio esse posset. Modum verò hunc Helvetiorum non tam probum ac priscum Romanum esse, id quidem multis exemplis legionum Romanarum, quæ cum Græcorum phalangibus commissæ superiores semper extiterunt, firmari potest: modus enim armandi (ut jam dictum est) atque sese invicem recipiendi, soliditatem phalangium non difficulter superabat. His itaque exemplis adductus, si mihi exercitus disponendus sit, consultum sanè mihi videretur, partem ex phalange Macedonica, partem ex legione Romana mutuari, eamque ob rem dixi, duo millia hastatorum, quæ quidem arma phalangis Macedonicæ sunt, tum tria millia scutatorum, quæ arma legionis Romanæ sunt ad cõstituendam legionem à me desiderari. Dixi

ſtinxi legionem in decem partes, ſicuti etiam Romani in cohortes: velites, hoc eſt, milites levis armaturæ ad primas velitationes, ſicuti & Romani ſoliti erant, vocavi, atque ut tandem, ſicuti armandi genus ex utriuſque populi uſu bellico conſarcinavimus, etiam ordines ab utriſque aliquid mutuentur, diſpoſui, ut cohors quinque primos ordines haſtatorum, reliquos verò ſcutatorum habeat, quo hac fronte tam impetus equorum ſuſtineri, quàm acies peditum adverſa penetrari poſſit; cui quidem haſtis & ipſæ armatæ ſuſtinendæ haſtatos meos ſufficere, ſcutatos verò victoriæ adipiſcendæ ſatis eſſe ſtatuo. Ac ſi fortè animum huic diſpoſitioni advertere, ejuſque vires conſiderare volueritis, facilè percipietis quæque armatorum genera, officio ſuo ſatisfacere: primò etenim haſtati feliciter equis opponuntur, & ad pedites cùm ventum eſt, antequam acies miſceantur, munere ſuo egregiè defunguntur, at in jam mixtis, nullo ampliùs uſui ſunt: quamobrem Helvetii, quo huic difficultati occurrant, poſt tres haſtatorum quoſque ordines, unum ex ſecuribus Romanis conſtituunt, idque quo haſtatis locus pugnandi ſit, qui tamen apud ipſos anguſtior eſt, quàm ut ſufficiat: Nos ergo haſtatos noſtros in fronte, ſcutatos verò poſt hos collocando, tam illis equos ſuſtinemus, quàm in prima

manuum

manuum concertatione pedites adgredimur, eorumque ordines aliquando aperimus, postquam verò commissis aciebus usui jam nullo sunt, scutatos illis substituimus, qui gladiis suis in quibusvis angustiis pugnare queant. LUDOVICUS. Magno jam desiderio expectamus; quâ ratione universum exercitum cum hujuscemodi armaturæ ordinumque genere in prælium producere velis. FABR. Neque equidem nunc aliud ago, quàm ut hoc vobis explicetur. Sciendum itaque est, in omni exercitu Romanorum ordinario, quem Consularem appellabant, nō ampliùs duabus legionibus civium Romanorum fuisse, quæ quidē circiter sexcentos equites, & undecim peditū millia constituebant. Erant ipsis præterea totidem equites pedites que confœderatorum ac sociorum, quæ omnia in duas partes dividebantur; quarum una cornu dextrum, altera sinistrum vocabatur, permittebant verò nunquam, peditum auxiliariorum numerum majorem legionum numero esse; licèt in equitibus id minùs curarent. Hoc cum exercitu, qui viginti duo millia peditum atque duo millia equitum circiter complectebatur, unus consulum omnia perficiebat, & quemvis hostem adgrediebatur nisi fortè majoribus viribus resistendum esset, tum enim bini consules cum binis exercitibus legebantur. Sciendum præterea est, in illis tribus functionibus militaribus

bus potioribus, quæ sunt, iter facere, castrametari, & pugnare, Romanos legiones suas semper in medium recepisse, volebant enim vires istas, quibus vel maximè innitebantur, magis invicem unitas esse, sicuti cùm de singulis harum functionum agendum fuerit, fusius explicabitur. Auxiliarii autem isti, propter consuetudinem quæ ipsis cum legionariis intercedebat, non minùs utiles in bello ac illi erant, siquidem eidem disciplinæ assueti, eodemq; planè modo, cùm justa acie confligendum esset, disponebantur. Si cui itaque notum sit, quâ ratione Romani unam legionem in aciem producere soliti fuerint, is omnem rationē totius exercitus disponendi jam adeptus est, quòd si itaque dixero, quâ ratione unam legionem in tres classes distinxerint, quaq; ratione harum altera alteram receperit, jam omnia dicta putatote, quæ ad distribuendum universum exercitum pertinere queant. Si ergo militem meum ad similitudinem Romani prælii in ordinem producere velim, duas sanè legiones ex istorum more mihi sumerem, quibus ritè dispositis, facilè universi exercitus constitutio cognosci poterit: siquidem cùm copiæ majores tibi fuerint, nihil aliud est quod agas, quàm ut eò plures milites unum in ordinem recipias. Neque equidem necessum fuerit hoc loco in memoriā vobis revocare, quot milites legioni tribuantur, quot cohortes le-

gionem constituant, qui Duces, quæ arma singulis tributa, qui hastati velitesque ordinarii qui itidem extraordinarii sint, siquidem ista non dudum copiosissimè vobis explicavi, atque memoriæ reponenda esse monui, quod nimirum scitu necessaria sint, si omnia reliqua instituta rectè assequi velis, eam ob rem ad explicationem ipsam ordinum properandum censeo; Operæpretium igitur fuerit, decem cohortes unius legionis ad latus sinistrũ, decem itidem alteras ad latus dextrum collocare, atque hæ quidem quæ ad sinistram, constituantur ad hunc modum. Quinq; cohortes juxta latera sese contingant, frontemq; constituant, ea tamen ratione, ut inter quamque cohortem spatium quatuor ulnarum intersit, adeoque hæ cohortes in latum ad centum & quadraginta ulnas unamque extendantur, in longũ verò quadraginta ulnas occupent. Post quinque has cohortes, alias tres recto ordine constituerem, eo tamen modo ut quadraginta ulnas, duo hæc agmina inter se distent, quarũ duæ, duas exteriores, ex prioribus quinq; cohortibus, recta linea sequerentur, tertia medium occuparet: hæ itaq; tres cohortes tam ad latera, quàm in longum totidem spatii ac primæ quinq; cohortes caperent: licèt in hoc differant, quod nihil præter quatuor ulnarũ spatii inter primas quinque cohortes supersit, at hæ triginta tres ulnas inter se distent. Pone

hos,

QUARTA FIGURA.

Hæc tibi exhibet formam exercitus ordinarii ad prælium dispositi.

Ad paginam 114. lib. 3.

hos, duas ultimas cohortes itidem linea recta, & relicto spatio quadraginta ulnarum collocarem, quæ extremas duas cohortes ex tribus recto ordine sequerentur, interque se nonaginta unamque ulnas distarent. Omnes ergo hæ cohortes hunc ad modũ distributæ, quantũ quidem in latera, ad ulnas centũ quadraginta unã, in longũ verò ad ducentas porrigerentur. Hastatos extraordinarios quod attinet, eos ad latus sinistrũ harum cohortiũ, relicto inter eos spatio viginti ulnarũ extenderem, inq; centũ quadraginta tres ordines, quorũ quisq; septem milites capiat, ita tribuerem, ut lõgitudine sua tanquã fascia latus sinistrũ toti⁹ exercitus cõprehendant, abundarent tamen quadraginta ordines, quib. ad tuenda impedimẽta post exercitũ collocata, distributis oportunè cẽturionib. & decurionibus, uteremur. Tribunorum triũ alterũ fronti prę ficerem, alterum in medio sisterem, tertium in ultimũ ordinem cõstituerem, cui quidem officiũ Tergiductoris, sic.n. veteres munus istud post principia nuncupabant, incumberet. Verùm ut ad frontem exercitus hujus redeamus, hastatis extraordinariis, quorũ modò mentionẽ fecimus, velites itidẽ extraordinarios, (numerum quadringentorũ horum requiri meministis) propè locaremus, spatio quadraginta ulnarũ interposito, horum latus itidem sinistrum cataphracti clauderent, quos tamen spatio ulnarum centum

quinquaginta ab illis distingui par est: postq; hos levis armaturæ equites, pari quo cataphractos distantia: velites ordinarios circa cohortes suas ponerem idque spatii illis tribuerem occupandum, quod inter unam atq; alteram, aliter legionem, cohortem abundare diximus, quibus tanquam ministris illæ uterentur, nisi fortè visum fuerit hos sub hastatis extraordinariis collocare, quod quidem ex re nata mutare liberum foret. Ducem totius legionis in illo spatio locarem, quod inter primum atque secundum ordinem cohortiū interest, aut sanè in ipsa fronte, aut etiam in illo spatio quod post priores quinque cohortes, auxiliariosque hastatos vacat, prout commodiùs visum foret, quem triginta vel sexaginta milites ex selectioribus cingerent, quorum esset tam jussa Imperatoris prudenter exequi, quàm robore suo impetum propulsare, quibus etiam signum atque classicum conjungeretur. Atque hic quidem ordo est, quem in disponenda legione ex latere sinistro servandum duco, qui partem dimidiam totius exercitus complectitur, atque latitudine sua ulnas quingentas & undecim, lōgitudine verò quot jam diximus, occupat, nō computato illo spatio, quod hastatis extraordinariis ad impedimenta concessimus, quod circiter centum ulnas porrigitur. Secundam legionem supra latus dextrum eundem planè ad modum, ut de

lœva

læva dictum est, disponerem, distinguendo unam legionem ab altera ulnas triginta, inque fronte spatii istius tormenta quædam collocarem, post quæ Dux universi exercitus compareret, cum classico, signoque supremo, stipatus ducentis militibus selectissimis, majore ex parte peditibus, atque ex his decem ad quævis imperia exequenda idoneis, ipse quidem eques, sed ita armatus, ut tam pediti quàm equiti, si res ita ferat pugnare liberum sit. Tormenta quod attinet, decem majora, quæ quinquaginta pondo emittant, expugnationi urbium sufficiunt, at reliquo tempore horum potiùs ad tuenda castra, quàm in prælio mihi usus foret, omnia præter hæc tormenta, quæ decem potiùs quàm quindecim libras ejaculentur, in fronte universi exercitus collocarem, nisi locus pugnæ ita aptus sit, ut hæc ex latere adeò tuto locari queant, ne ab hoste ad illa aditus pateat. Atque hæc quidem exercitûs forma id omninò præstabit, quod tam phalanges quàm legiones Romanæ valebant, siquidem in fronte hastati dispositi, omnesque pedites ordinibus ita inserti sunt, ut cùm ad manus ventum sit, & dimicare, & sustinere impetum, & ad modum phalangiũ laborantes priores ordines ex subsequentib. redintegrari queant: quòd si verò repelli contigerit, ruptisque ordinibus recipiendum ipsis sit, id per intervalla secundæ cohortis non minùs inte-

grum ipsis est, cui conjuncti iterumq; conglobati, hostem denuò recenti pugna sustinere possunt: quòd si verò neque hoc sufficiat, licet secundo sese recipere tertiumque pugnare: adeò quidem ut in hoc pugnæ genere, tam ad Græcorum quàm ad Romanorum morem ordines restaurari queant. Quod verò ad muniendum exercitum uspiam desiderari possit, id in hoc concurrere liquet, siquidem unũ atque alterum cornu tam Ducibus & præfectis, quàm armandi modo optimè instructum est, neq; ex ullo latere quidquã non munitũ ꝓstat, preterquã quod à tergo propter impedimenta videri queat, quæ tamen & ipsa latus hastatis extraordinariis tanquã fascia cinctum habent: neq; adeò hostis ulla ex parte impressionẽ facere potest, quin omnia optimè disposita offendat: A parte etenim impedimentorũ id fieri nequit, siquidẽ hostis adeò potens nullus reperietur, qui ab omni parte pari virtute te oppugnare possit; nã si tot copiis hostem paratũ noris, nõ est ꝙ prelio rem decernas: licèt etiã tertia parte copias tuas numero anteeat, neq; minus milite tuo instructus dispositusq; sit, tamẽ necessum est, robur exercitus sui imminui, si pluri b. in locis te expugnare conetur, unã itaque harũ partium si profligaveris, malè cum omni exercitu actũ fuerit. Equitũ porrò ratione, licèt numero tuos vincant, nihilominus securus eris, siquidem ab ordinibus hastatorũ,

qui

qui te circumdāt, ab omni horū impetu defenderis, etiāsi equites tui jā repulsi fuerint: Duces ꝑterea cęteriq; pręfecti ad latera constituti sunt, quo imperia faciliùs excipiantur, spatia quæ unam cohortem ab alia, ordinem quoq; alium ab alio distinguunt, non tantùm ꝓsunt, quo sese invicem quæq; recipere, sed etiā Imperia hinc inde subitò permeare queāt. Sicuti autem Romanorū exercitus, ut jam dictū est, viginti quatuor hominū millia comprehendebat, ita etiam hic noster totidem complecteretur: quemadmodū etiam tam pugnandi modum, quàm formam universi exercitus reliqui milites à legionibus sumebant, ita reliqui isti milites, quos nostris duabus legionibus addere opus fuerit, ab illis legem petere convenit, quarum quidem rerum cùm exemplum unum vobis proposuerim, facile jam erit istud imitari, siquidem sive duas alias legiones, sive legioni tot milites alios adjungere cupias, nihil aliud facto opus est, quàm ordines duplicare, atque in vicem decem cohortium, quæ ad levam posuimus, vel viginti collocare, vel ordines amplificare atque extendere, quantum vel loci vel hostis ratione necessum fuerit. Lud. Fateor equidem Domine Fabriti imaginem exercitus hujus ita menti meæ obversari, ut eum oculis conspicere mihi videar, eoque desiderio ardescam, quo tandem ad manus deveniatur: nolim siquidem

te Fabii Maximi perſonam modò ſumere atq; cunctando hoſtem eludere, præliumque differre: pejus etenim à me audires, quàm ille unquam à plebe Romana. FAB. Nil eſt quod dubites, an nondum tormentorum fragoré percipis? ſiquidem noſtra jam emiſſa ſunt, licèt parum hoſti nocuerint, velites etiam extraordinarii, cum equitatu levis armaturæ prodire? Atqui ſolutis ordinibus maximo cum impetu, ingentique clamore hoſtem jamjam adgrediuntur, cujus tormenta, quæ abſque jactura noſtrorum peditum ejaculata altiùs prætervolârunt, ab his, ne denuò emitti queant, occupata ſunt, quibus recuperandis hoſtilis acies eò progreſſa eſt, ut nec amicorum nec inimicorum tormenta officium ſuum ampliùs peragere poſſint. An non cernis quàm ſtrenuè, quamque juxta diſciplinam militarem noſtri pugnent, tam propter exercitia crebra, quæ habitum ipſis peperêre, quàm quod exercitui ſuo confidant, quem quidem conſpicitis gradu militari, ſtipato latere à cataphractis hoſtem petere? Vides tormenta noſtra his locum cedere, atq; eò ſe conferre, unde velites migrârunt, quo liberè congrediendi campus pateat: en Ducem qui ſuis animum addit victoriamque pollicetur: velites interea leviſque armaturæ milites ſparſim latera exercitus ſui repetere, ſi fortè à latere adverſario incommodare queant, jam exercitus commiſsi ſunt. Ecce quan-

ce quanto cum robore atque ſilentio impreſſionem hoſtis ſuſtinuerint noſtri, atq; ut Dux cataphractariis injungat. ſtent modò firmi ad ictus, neque moveant, ne fortè peditatum deſtituant. Aſpice ut levis armaturæ equites noſtri, agmen ſclopetariorum hoſtilium, quod ex latere impreſſionem minabatur, invaſerit, atque ut equites hoſtium huic ſuppetias tulerint, adeò ut permixtum utriuſque partis equitatui ferire nequeat, ſeque poſt cohortes ſuas ideò recipiat. En quanto cum impetu haſtati noſtri manus conſerant, peditesque utriuſque exercitus eouſque progreſſos, ut haſtis jam uſus non ſit, & ut tandem eam ob rem haſtati noſtri ex diſciplina ſua inter ſcutatos ſe recipiant. Cernis ut interim turma ingens cataphractorum hoſtilium cataphractos noſtros ex latere ſiniſtro invaſerit, eosque repreſſerit, atque qua ratione hi ex diſciplina militari ad haſtatos extraordinarios ſe receperint, eorumque auxilio reſtaurata pugna adverſarios rejecerint, bonamque eorum partem interemerint: Interea omnes haſtati ordinarii primarũ cohortium ſe poſt ſcutatos receperunt, atque his pugnam commiſerunt: ergo hos quæſo intuere quanto cum animo, ſecuritate atque otio quodammodo hoſtem interimant, an nõ cernis ut ordines inter pugnandũ condenſent, adeò ut ægrè gladiis uti queant? aſpice quantocius hoſtes moveant, ſiquidem haſta atque

gladio frustra instructi, (una quidem quòd procerior sit, altera quòd hostem nimis armatum offendat) partim saucii aut occisi pcumbant, partim terga obvertant, en ut à dextra strenuè fugiant, en ut à sinistra, victoria nobis parta est. Num verò feliciter hanc pugnam depugnavimus? Felicius verò longè vinceremus, si hæc actum dare mihi aliquando concederetur. Nam videre licet, nec secundo nec tertio ordini hîc pugnandi locum, sed primam nostram frontem victoriæ satisfuisse, nihil igitur quod hac in parte addam, superest, nisi si quid vobis scrupuli sit, eum vobis ut eximam. LUDO. Vicisti equidem tanto ardore virtuteq; hanc aciem, ut ad hæc planè obstupescam, adeò ut incertus sim, an dubii si quid animo insederit, id commodè expromere valeam, verùm prudentiæ tuæ confisus, quidquid id sit, non verebor in mediũ proferre. Primum igitur scire cupio, cur tormenta vestra non nisi semel emiseris, eaque subitò intra ordines receperis, nulla deinceps horum mentione facta? videbaris etiam hostium tormenta altiùs, atque è re tua collocasse, nam licèt aliquando accidere id posse non inficior, tamen si fortè contingat (atque sæpiùs id evenire minimè quidem dubito) ea oportunè disposita, aptè ferire, quid tum faciendũ censeas? atque adeò postquam à tormentis initium feci, quid obstat, quin ea, quæ ad hanc

mate-

materiam ſpectant, conjungam, ne bis ejuſdem rei mentio nobis facienda ſit? Audivi equidem quamplurimos tam arma quàm ordinum ſeriem in veterum exercitibus, tanquã hoc ſæculo exigui momenti, imò nullius planè uſui, improbare, idq; ob fulmina tormentorum, quæ quidem tam ordines diſſipare, quàm omne armorum genus penetrare cernimus, adeò ut his ineptire ii videantur, qui de ordinibus conſtituendis verba fundunt, quos tueri nequeas, armisque ſeſe defatigant, quæ defenſioni tuæ non ſufficiant. Fabr. Hæc quidem quæſtio utpote conſtans diverſis capitibus, longiorem reſponſionem requirit. Fateor me tormenta non niſi ſemel emiſiſſe, atque adeò de hac unica vice in ſuſpenſo eram, ſiquidem plus intereſt, ut caveas ne offendaris, quàm ut inimicum ferias. Scire itaque te velim, ſi fortè à tormentorum fulmine immunis eſſe cupias, aut tibi ſtandum eo loci, quo illa non pertingant, aut poſt murum vallúmve tibi recipiendum eſſe, nihil præterea reperire queas, quod his reſiſtat, imò ad hæc neceſſe eſt, ut etiam ea, quorum modò mentionem fecimus, ſint munitiſſima. Atqui Duces hi, qui prælio decertare cupiunt, nec poſt muros vallúmve, neque ibi quo tormenta non pertingunt, ſtare poſſunt, eam ob rem neceſſe eſt, ſiquidem nihil ſit, quod ipſos defendere

queat.

queat, ut viam, qua minùs saltem lædantur, inveniant, hæc autem nulla reperitur, nisi ut subitò prævenias: modus verò præoccupandi est, ut confestim raptimque, non lento gradu aut conglobatus te eò proripias, nam celeritate illa hostis impeditur, ne fulmina ingeminare possit, eoque jactura tuorum minor consequatur. Ad hanc verò rem peragendam cohors in ordines redacta feliciter adhiberi nequit, quòd si enim ea properaverit, tum ordines laxabuntur, si verò sparsa id conetur, jam hosti minus laborandum fuerit, qua ratione ordines per se disturbatos perrumpat: Eam igitur ob rem exercitum meum sic composui, ut tam hoc quàm illud perficere possit: nam postquam in alas mille velites à me dispositi essent, his quidem injunctum fuit, ut post emissa nostra tormenta, unà cum equitibus levis armaturæ tormenta hostis confestim occuparent, eam ob rem nolui tormenta mea denuò emittere, ne hostium tormentis idem temporis elargiretur, neque etenim id mihi sumere, hosti verò denegare licebat: nolui enim eam secundò emitti, eam ob caussam, ne prima emissio intermitteretur, atque hinc etiam hosti ad emittenda sua tormenta locus semel esset. Nā si volueris à tormentis hostium immunis esse, id quidem aliter fieri nequit, quàm ea subitò si adgressus fueris: aut etenim hostes tormenta deserunt, quo tu illa occupes, aut si ea defende-

fendere cupiunt, necesse est ut ea à tergo relinquant, unde fit, ut dum ea ab utraque parte impediuntur, ferire tutò non possint. Licèt autem absque exemplis hæc à vobis intelligi satis posse minimè dubitem, tamen cùm ex prisco ævo quædam nobis occurrant ea omittere nolim. Cùm Ventidius cũ Parthis prelio decernere in animo haberet, quorum robur omne in sagittariis consistebat, eos ipsa ferè castra adgredi permisit, antequam ipse militem in aciem produceret, idque hanc unam ob rem, quo ipsos præveniret, ne sagittis ipsorum locus esset. Cæsar nobis scriptũ reliquit, in Gallia militem suum tanta celeritate atq; audacia ab hoste circumventum fuisse, ut suis pila ex more Romano emittere locus non fuerit. Hinc itaque manifestò apparet, nihil præterea remedii esse, ne ab eo tormentorum genere in acie offendaris, quod eminus ferire solet, quàm si summa cum celeritate ea occupes. Alia præterea ratio me movebat, ut an tormẽta omninò intermittenda mihi essent ambigerem, quæ vobis fortè explosione digna videatur, licèt eam minimè contemnendã esse censeam.

Constat sanè nihil esse quod exercitũ tantopere turbet, quàm si visui impedimenta quædam objiciantur, eamque ob caussam multos florentissimos exercitus interiisse, quòd prospectus ipsis aut à sole aut à pulvere ademptus

fuis-

fuisset: At nihil est quod prospectui tantopere obsit, quàm fumus ille, qui à majoribus tormentis excitari consuevit: Hanc sanè ob rem consultius existimarem hosti locum dare, quo sibi ipsi oculos præstringat, quàm visu à te ipso præpedito in illum impressionem facere: Ideo aut tormenta mea non emitterem, aut (cùm isthoc vix cuiquam probari queat, quod tormentis permultum tribuatur) ea in cornibus exercitus collocarem, ne fronti exercitus mei in qua summum momentum situm est, fumus nocumento forte sit. Præripere verò hosti prospectum maximi rem momẽti esse, id equidem exemplum Epaminondæ abundè testari queat, qui cum sibi prælio decernendum esset, fronti hostilis exercitus equites suos levis armaturæ obviam ire, atque concitato gradu nusquam consistendo pulverem excitare jussit, quo ipsis visus occuparetur, qua sanè via victoria ipsi parta fuit. Alterum autem quod attinet, ubi arguor me hostiũ tormenta è re mea collocasse altius, quo globi militum meorum capita prætervolarent, scire te velim multò sanè sæpiùs occurrere, si pedites à tormentis majoribus petantur, à scopo aberrari, quàm hos ictibus offendi, peditatus etenim humilior, eamque ob caussam maximè difficile est, globos certò in illum destinare, siquidem minimũ quodq; in his altiùs destinandis momentum efficit, ut globi capita pe-
ditum

ditum prætereant, vel etiam paululum demittendo humũ feriant, nec ictus ad eos usq; pertingant: huc accedit, quòd agrorum inæqualitas, & vel minima quæq; horum depressio vel exaggeratio, quæ scilicet tormenta peditesq; discriminet, his impedimento esse queat. At equites, potissimùm verò cataphracti, quòd nimirum his strictiùs, quàm leviter armatis standum sit, certiùs petuntur, quos tamen donec tormenta emissa sint, post principia recipere licet. Fateor quidem à sclopetis & minoribus tormentis plus jacturæ metuendum esse, quibus equidem nihil adeò obstat, quàm subitò cum illis manus conserere, nec tantoperè moveri, quòd in primo congressu aliqui occumbant, cùm semper quosdã occumbere videamus: neq; sanè boni Ducis est, jacturam particularem, sed potiùs generalem aversari, atq; hac in re Helvetios imitari, quib. nunquã obtigit ob metũ tormentorũ pugnã detrectare, quin extremo potiùs supplicio eos afficere solent, q ab his sibi metuentes, vel ordines deseruisse, vel timuisse certis indiciis convicti fuerint. Volui præterea nostra, postquam emissa essent, post aciem recipi, quo scilicet dimicare liberius sineq; impediméto obstaculoque liceret: nullã quoq; eorũ mentionem feci deinceps, ꝙ nimirum post implicatas utrasq; acies nullius usui essent. Quòd autem multos existimare dixeras, omne armaturę ordinumq;

genus

genus priscis receptum nihil planè ad horum tormentorum impetum facere, sanè innuere videris, modernos tam arma quàm ordines investigasse, quæ his tutò opponere liceat: feceris itaque mihi rem gratissimam, si quid ea de re tibi constat, id mihi aperire non graveris: siquidem hucusque nihil istiusmodi mihi cognitum fuit, neque crediderim tale quidpiam investigari posse. libenter itaque ab istiusmodi censoribus cognoscerem. quamobrem pedites nostri hoc sæculo pectus ferro munitum habeant, equites verò toti armis obtecti sint, siquidem si veterem armandi modum tanquã inutilem, ob tormenta rejiciunt, etiam hæc ipsis contemnenda essent: præterea & hoc ab ipsis erudiri cuperem, cur Helvetii ad imitationem priscorum ordinum legionem suam sex aut octo mille peditum condensent, & quamobrem reliqui populi eos hac in re imitati omnes fuerint: siquidem hæc ipsa ordinũ dispositio restrictior non minùs periculosa, tormentorum ratione sit, quàm reliqua, quæ ab antiquitate mutuari visum fuerit. persuasum sanè mihi est, nihil planè ab ipsis responderi posse; at si fortè militem non omni prorsus judicio destitutum hæc interrogaveris, nõ ægrè primo respondebit, ideo se thoracem gestare, non quòd in illo contra tormenta sibi præsidium quærat, sed ut à telis, hastis, gladiis, saxis, atque istiusmodi offendendi modis immunis

munis sit: præterea ideo se ad imitationẽ Helvetiorum densis ordinibus pugnare, quod eò faciliùs peditem propulset. commodiùs equites sustineat, hosti denique plus in iis dissipandis desudandum sit: ut tandem manifestò pateat, milites præter tormenta, multa alia pericula manere, quæ quidem non nisi armis atque ordinum dispositione præverti queant: inde verò nobis consequitur, exercitum eò firmiorem tutioremque esse, quò accuratiùs armis instructus atque in ordines dispositus fuerit: necesse itaque est, illos quos modò narrasti, aut prudentia parum pollere, aut hæc nõ satis maturè considerasse, nam postquã animadvertere licet, tam exiguam antiquæ armaturæ partem, quæ hodie in usu est, de hastis loquor, tamque exiguam priscorum ordinum partem, quam apud Helvetios superesse diximus, tantum momenti afferre, atque ad robur exercitus facere, quid obstat, quominus statuamus, etiam reliqua eorum armaturæ ordinumque genera, quæ quidem perierunt, nobis pariter prodesse posse? præterea si non movemur fulminibus tormentorum, quò minùs ad imitationem Helvetiorum ordines nostros condensemus, quódnam quæso, ordinum genus nobis majorem metum meritò incutiat? Siquidem nullus præterea ordinum modus adeò efficere potest, ut illa meritò metuantur, quàm ille, quo milites conglobantur? His ac-

cedit, quòd si non moveor hostium tormentis, quò minùs exercitum meum urbi aut castro admòveam, licèt illa satis liberè me offendere, nec ego illa tanquam muris defensa, occupare queam, sed necessum mihi sit, successu temporis illa tormentis saltem meis impedire, adeò ut interea quantum libet, illa in me fulminare tutò possint, cur obsecro illa in prælio magis extimescam, ubi citò à me occupari possunt? Concludo itaque fulmina illa tormentorum, meo quidem judicio, non obstare, quò minùs veterum ratio bellica imitari, parique virtute hodiernum pugnari queat, quod sanè pluribus tibi demonstrarem, nisi alio tempore copiosiùs de hoc instrumento bellico tecum contulissem, ad quæ brevitatis studio te remitto. LUDOV. Optimè sanè percipere licuit, quæ de tormentis hactenus disseruisti, quæ sanè eò tendunt, si in acie cum exercitu his instructo congrediendum sit, omne momentum in eo situm esse, ut hæc maturè occupentur. Hinc verò mihi dubium suboritur, siquidem arbitror hostem tormenta ad latus exercitus sui ita collocare posse, ut ea tam tuis damnum inferre, quàm sic defendi possint, ne occupationi locus sit. Distinxisti etiam, si id meministi cohortes tuas, quas in prælium produxeras, ut quatuor ulnas una ab altera distaret, viginti præterea ulnis à cohortibus hastatos extraordinarios

trans-

transferendo: quòd si igitur hostis exercitum suum in eundem modum disponat, tormentaque intra spatia ista profundiùs recipiat, arbitror equidem, non contemnenda cum jactura tuorum illa inde satis tutò ejaculari posse, siquidem antequam eousque pervenias, robur omne exercitus priùs tibi penetrandum fuerit. Fabr. Prudentissimè sanè hæc à te examinata sunt, conabor tamen vel scrupulum tuum tibi eximere, vel conatibus istis obviam ire. Dixi jam supra cohortes sive in itinere, sive in prælio stent, semper in motu esse, atque naturali quodam modo semper magis magisque in sese restringi & condensari, adeò ut si intervalla cohortium parum spatii comprehendant, ex motu isto eæ ociùs ita restringuntur, ut tormenta officium suum peragere ampliùs nequeant: si verò huic incommodo obviam ire volueris, eoq; ampliora spatia constitueris, tum majori periculo te exponis, siquidem ea via hosti occasionem largiris, qua non saltem tormenta occupare, sed etiam ordines tuos perrumpere atque profligare faciliùs possit. Scire autem te velim, fieri non posse, ut tormenta intra cohortes recipias, præcipuè ea quæ vehiculis imposita sunt, siquidem tormenta nõ quâ equis ducuntur, sed planè contrariâ viâ globos emittunt, adeò ut si inter proficiscendum ea displodere velis, ea priùs cõvertere ne-

cessum sit, cui quidem rei peragendæ tantum spatii requiritur, ut quinquaginta istiusmodi vehicula omnem exercituum quorumcunq; ordinem confundere satis sint: eam ob rem requiritur, ut ea extra ordines collocentur, ubi quidem ea ratione qua diximus, occupari possunt: Demus verò ea intra spatia ista recipi, viamque investigari posse mediam, atque sic comparatam, ut nec ordines restringendo tormenta impediantur, nec eos laxando hostis invasioni occasio præbeatur, tamen facilè huic rei occurri possit, si in exercitu tuo vias aut inintervalla aperias, per quæ globi permeare queant, qua quidem ratione tormenta hostiū vana effeceris, idque facilimum factu est, siquidem si hostis tormenta sua in tuto collocata velit, requiritur ut ea post ultima intervalla constituat, adeò quidem ut necessum sit, ne proprii ipsius milites iis offendantur, globos recta linea exire, atque semper eâ pergere, unde sanè fit, ut locum iis dando, periculum facilè devitare possis. Sit itaque hæc regula universalis, omnes istiusmodi res, quæ quidem ob impetus vim sustineri non possunt, cedendo viamque largiendo, eludendas esse, sicuti veteres Elephantum curruumque falcatorū impetū declinare soliti erant: Arbitror equidem, imò sum certus tibi videri, me præliū nostrum sic depugnasse, prout ad victoriam meā facere visum erat, interim tamen hoc tibi persuasum

ſuaſum eſſe velim, poſtquam tibi ea quæ hactenus dicta fuēre, nondum ſufficiant, planè fieri nunquam poſſe, quin exercitus huncad modum diſpoſitus armisque inſtructus, non ſtatim primo congreſſu omnes alias copias ꝓfligat, quæ quidem recepto hodie more diſpoſitæ ſint, utpote quibus conſuetum eſt, nō niſi unam frontem conſtituere, ſcuta præterea negligere, tamque negligenter armis ſuos munire, ut ab hoſte vicino ſe defendere nequeant, ſicque tandem acies diſponere, ut ſi latera ſibi obvertere ea contingat, exercitus in latum ꝓportione debita deſtituatur. ſi verò unam poſt alteram recipiunt, poſtquam locos, in quos ſeſe invicem recipiant, nullos conſtituunt, eas hac via ita confundūt, ut facilimè ordines turbari poſſint: Nam licèt tria acierum nomina uſurpent, omnemq; exercitum in tres claſſes, frontem nimirum, ipſam aciem, atq; eam quæ tergum claudit, diſtinguant, iſtis tamen alius ipſis uſus non eſt, quàm quod eodem ordine iter faciant, caſtraque metentur, at in prœliis omnes unà impreſſionem facere fortunamq; experiri volunt. Ludo. Notavi etiam in pugna noſtra equites tuos ab equitatu hoſtium repulſos fuiſſe, eoque ad haſtatos extraordinarios ſeſe recepiſſe, quorum auxilio non tantum hoſtem ſuſtinuerunt, ſed eum tandem profligârunt. Facilè quidem crediderim equites ab haſtatis ſuſtineri poſſe, at ab acie id inte-

gra atq; solida, sicuti Helvetiorum esse solet: tu verò in fronte hujus exercitus nō nisi quinque ordines hastatorum, à latere verò septem dispofuisti, dubito eam ob rem, num cōmodè ab his id pstari queat? FABR. Licèt jam commemoraverim, in phalange Macedonica omnes sex primos ordines pugnare potuisse, scire tamen vos velim, in legione Helvetica, quæ verbi gratia mille ordinum sit, ultra quatuor aut ad summum quinque ordines primos manus conserere non posse: siquidem hasta ulnas novem porrigatur, hujus ulna cum dimidia manibus occupatur, prominent itaque in primo ordine hastarum ulnæ septem cum dimidia: in secundo ordine præter id quod manibus occupatur, decrescit etiam illa hastarum pars, quæ per intervalla ordinis secundi à primo porrigitur, adeò ut harum hastarum non nisi sex ulnæ promineant: tertii ordinis ex iisdem rationibus non nisi quatuor ulnæ prominent: tertii ordinis ex iisdem rationibus non nisi quatuor ulnæ cum dimidia prostant, quarti tres, quinti una cum dimidia: reliqui abhinc ordines ferire nequeunt, sed prioribus ordinibus redintegrandis inserviunt, sicuti suprà diximus.

Quòd si itaque quinque ipsorum ordines equitatui resistere possunt, cur non & nostri id faciant, præsertim cùm neque his ordines desint, qui illos à tergo sustineant,

atque

atque ipsis pari ut apud istos sint munimento, licèt hastas non gerant? Quòd si autem hastatorum ordines, quos ad latera disposuimus, tibi ob paucitatem debiliores videantur, possunt illi in formam cubicam reduci, atque ad latera duarum acierum constitui, quas post ultimum agmen exercitus collocaveram, ex quo sanè loco proclive ipsis esset, tam fronti quàm postremis subvenire, quin etiam equitibus succurrere, prout res postulare videretur. Ludov. Semper verò ne eundem planè ordinum modum sequereris, quotiescunque prælio tibi decernendum foret? Fabr. Minimè id quidem omnium, forma etenim exercitus secundùm locorum situm, hostiumque numerum atque habitudinem, sicuti exemplis antequam hæc dissertatio absolvatur, demonstrabitur, varianda venit: neque sanè hæc forma tanquam omnium præstantissima, vobis proposita fuit, licèt quidem nihil in illa desiderari possit, sed potiùs quo vobis pro regula normaque sit, quam in ordinibus aliis disponendis sequi possitis, siquidem omnis scientia præcepta habet quædam universalia, quibus utplurimum nititur. Hoc igitur vos monendos duxi, ne sanè unquam exercitum ita disponatis, quin primis ordinibus à posterioribus subveniri commodè possit: siquidem qui id non cavet, ille majorem

exercitus ſui partem inutiliter habuerit, atque ſi animosè ipſi reſiſtatur vincere nunquã poterit. Ludo. Iterum habeo quod dubitem. Video in diſtribuendis cohortibus te frontem ex quinque, mediam aciem ex tribus, poſtremam partem duabus ex cohortibus conſtituere, atq; mihi pol opportunius videbatur ordinem iſtum invertere: ea ſiquidem ratione arbitror exercitum tuum eò difficiliùs profligari poſſe. Si nimirum qui te aggreditur, quo plus aciem tuam perruperit, eo plus virium atque nervorum offendat, cùm tamen diſpoſitio ordinum tua ita aptata ſit ut quo plus in illam penetramus, eò debilior appareat. Fabr. ſi tibi in mentem veniret, Triariis Romanorum, qui tertiam ordinum partem illis conſtituebant, ultra ſexcentos milites tributos non fuiſſe, minùs hîc ſanè dubitares, ſiquidem etiam hi ſoli ultimum ipſis agmen complebãt, animadverteres etenim proculdubio, hoc permotum exemplo me ultimum agmen ex duabus cohortibus, quæ nongentos pedites complectuntur, conſtituiſſe, adeò ut hac in parte Romanos imitando potiùs in eo peccaſſe videri queam, quòd numerum majorem, quàm ipſis viſum erat, poſt reliquas cohortes collocaverim, licèt autem hoc exemplum ſufficere meritò debeat, tamen rationibus diſpoſitionem hanc inſuper confirmare volo. Frons prima exercitus ideo ſolidior atque denſior conſtitui-

ſtituitur, tam quod impetus huic hoſtiũ ſuſtinendus, quàm quòd nulli commilitonum hos in ordines recipiendi ſint, firmior itaque hæc ut ſit neceſſe eſt, ſiquidem minor militũ quantitas illam vel ob raritatem vel ob numerum imbecilliorem redderet: ſecundũ verò agmẽ, poſtquam huic priùs commilitones intra ſe recipiendi, quàm cum hoſte pugnandum ſit, eam ob rem rariores ordines ſive majora intervalla poſtulat, eoque quam prima minorem militũ numerum capiat, neceſſum eſt: quòd ſi etenim majorem aut æqualem numerũ complecteretur, alterum horum conſequeretur, aut nulla ibi intervalla relinquere, at hòc confuſionem pareret, aut ea tribuere, atque hac ratione ordines poſteriores majus ſpatium prioribus occuparent, adeoque formam exercitus utpote imperfectam turparent. Neque adeò verum eſt quod à te objicitur, hoſtem nimirum quò ulteriùs aciem penetrârit, eò debiliorem illam offendere, ſiquidem is nunquã cum ſecũdo agmine pugnare poterit, niſi iſtud primum agmen ſibi prius conjunctũ habeat, adeò quidem, ut mediam aciem hac ratione non ſaltem nullo modo infirmiorem, ſed potiùs robuſtiorem ſit offenſurus, ſiquidem ipſi tam cum prima quàm ſecunda acie confligendum ſit: idem etiam de tertio agmine judicari poteſt: hîc enim non cum duobus tantùm agminibus, quæ ibi denuò reſiſtunt, ſed cum

tota legione pugnandum ipsi erit, cumque etiam postremum hoc agmen majorem numerum militum, quem in sese recipiat, expectet, æquum est ut spatia quoque ampliora eam ob rem habeat, numerusque eorum qui alios recipiunt, rarior sit. LUDO, perplacent ea quæ disseruisti. hoc verò præterea à te mihi explicari velim, cùm priores quinque cohortes ad tres posteriores se recipiunt, postmodumque conjunctæ istæ octo cohortes, ad duas ultimas concedunt, num octo, vel decem conjunctæ cohortes in eodem spatio consistere queant, quod à quinque cohortibus occupabatur. FABR. Primò quidem sic respondeo, id non idem fore spatium, siquidem quinque cohortes quatuor spatia intra se habent, quæ quidem cùm hæ inter tres, aut duas cohortes posteriores se recipiunt, implentur: præterea id etiam spatiorum superest, quod inter unam atque alteram legionem, tum denique quod inter cohortes hastatosque extraordinarios interesse diximus, quæ simul juncta, locum his omnibus abundè suppeditabunt. His accedit, quod aliud spatium cohortes requirant, cùm in ordines suos absque conturbatione distributi sunt, aliud verò, cùm moventur atque turbantur, siquidem in ista commotione ordines vel laxantur vel restringuntur: laxantur quidem, cùm timor adeò illos occupat, ut in fugam vertantur: restringuntur verò cùm
ita

ita timent, ut sibi prospectum cupiant, non quidem fugiendo, sed resistendo: hoc itaque casu consentaneum est ordines restringi potiùs quàm laxari. His porrò & hoc conjungi potest, quòd primi quinque ordines hastatorum in fronte agminis collocati, postquam manus commiserunt, paulatim inter cohortes suas usque ad postremos sese recipere debeant, quo scutatis locus pugnandi pateat, atque hi ad imperium Ducis id exequi queant, quod res postulare videbitur, cùm in primis ordinibus si substitissent, ibi post inchoatam pugnam nullius planè usui essent futuri. Has igitur ob caussas spatia ista ad reliquas cohortes recipiendas sunt longè capacissima: quòd si tamen præter spem ea non sufficiant, alæ quidem ad latera constitutæ ex hominibus non saxis coagmentata sunt, qui quidem cedere possint, atque laxando ordines tantum loci suppeditare, quantum recipiendis regredientibus sufficiat. Ludov. Hastatos porrò illos extraordinarios, quos ad latus exercitus collocasti, velis ne, postquam primæ cohortes, in secundas regressæ sunt, eo loci immotos subsistere, atque ea ratione duo cornua ad exercitū constituere, aut potiùs unà cum cohortib. pedē referre? quod posterius si ipsis faciendum sit, equidé perspicere nequeo, qua ratione id fieri possit, postquā nullas post se cohortes habeāt cum intervallis, quæ ipsos

recipiant? FABR. Si hostis hos non adgreditur, dum cohortes repellit, possunt ii ordines suos servare, atq; à latere ipsum petere, postquam primæ cohortes sese receperint: quòd si verò & hos invaserit, sicut facturum verisimile est, cum adeò viribus polleat, ut cohortes opprimere possit, tunc sanè & ipsis pes referendus fuerit, quod quidem commodissimè fieri potest, licèt neminem pone habeant, qui ipsos recipiat, siquidem dimidia priorq; pars recta linea sese duplicare, atque ordo ordinem recipere eo modo potest, quo dictum fuit, cùm de ratione duplicandi ageremus. Fateor quidem, cùm duplicare ordines pedem referendo volumus, alium tum modum, quàm qui demonstratus suprà est, ad id requiri, siquidem dixi, secundum ordinem à primo, quartum à tertio, ac sic deinceps recipiendum esse: at hoc casu non à fronte, sed à postremo ordine sic incipiendum fuerit, quo fiet ut ordines sic duplicando acies ipsa recedat. Sed ut tandem ad omnia respondeam, quæ de hoc prælio nostro objici à te queant, scire te velim, hunc quidé exercitum hos in ordines ita dispositum præliumq; ad eum modum decertatum duas præcipuè ob caussas fuisse, una, quo vobis disponendorum ordinum, altera, quo eorum exercendorum rationem demonstrarem: Ordinum rationem quod attinet, in hoc vobis satisfactum puto: quod verò ad exercitia, requiritur

sanè,

ſanè, ut exercitus quoad ſæpiſſimè fieri poſſit, hanc ad formam coadunetur: ſiquidem hac ratione duces ordinibus iſtis ſervandis aſſueſcunt, militibus autem incumbit, ut ordines cujuſque cohortis accuratè cognoſcant à præfectis verò cohortium ſive Tribunis requiritur, ut has in omni genere ordinum frequenter exerceant, atque ipſi imperiis Ducis ſupremi obedire norint. Ad hanc rem porrò requiritur, ut ſinguli teneant qua ratione cohortes conjungendæ ſint, quo itidem modo quæque locum ſuum confeſtim occupare debeat, ideo verò ſigna cujuſq; cohortis numerum ipſum cohortis evidenter inſcriptum gerant, tam quo imperia promptiùs percipiantur, quam quo Dux ipſe atque milites ea faciliùs agnoſcant: Legiones prætereà & ipſæ numero notandæ ſunt, eumque in ſigno ſupremo deſcriptum gerant: Sciendum etenim eſt cujus numeri ſit legio ad ſiniſtrum dextrúmve cornu collocata, cujus itidem numeri cohortes in fronte, mèdio, vel poſtrema parte diſpoſitæ. Sint præterea numeri iſti pro ſcala, qua ad honores gradusque militares adſcenditur, verbi gratia, primus gradus fuerit Decurionis, ſecundus præfecti manipulo quinquaginta velitũ ordinariorum, tertius centurionis, quartus Tribuni primæ cohortis, quintus ſecundæ, ſextus tertiæ, atque ſic deinceps, donec ad decimam cohortem aſcendatur, cujus quidem Tribu-

Tribunus ſecundo loco poſt Ducem totius legionis conſpicuus ſit, neque dignitatem iſtam aſſequi quiſquam queat, niſi per omnes iſtos gradus eouſque progreſſus fuerit. Quoniam verò præter has dignitates, tres quoque Tribuni haſtarum extraordinariarum, duo etiam velitum extraordinariorum conſtituti ſunt, hos quidem pari gradu cum Tribuno primæ cohortis accenſerem, nec me moveret, ſex eorum ſic fore, qui pari dignitate imperent, hac etenim ratione æmulatio inter hos excitaretur, quo eorum quiſque factis egregiis ad ſecundam cohortem adſpiret. Quòd ſi itaque cuique horum præfectorum certò conſtat, quo loco cohors ſua ſtare debeat, neceſſariò conſequetur ad unicum claſſici momentum, explicato vexillo ſupremo, omnem exercitum in ordines ſuos compoſitum fore: atque hoc quidem primum exercitium eſt, cui exercitus aſſuefieri debeat, nimirum ut ordines quiſque ſuos ſubitò occupare norit, id verò aſſequemur, ſi quotidie atque etiam ſæpiùs eadem die in ordines illum redigerimus, atque hos iterum turbaverimus. LUDOV. Quidnam ſigni præter numerum unumquodque exercitus vexillum habere velles? FABR. Supremi quidem Ducis vexillum gereret arma principis ſui, reliquis præterea omnibus idem ſignum eſſe poſſet, variatis ſaltem vexillorum coloribus, prout com-

modiùs

modiùs Duci visum fuerit, in hoc siquidem parum momenti situm est, modò id assequamur, ut unum ab alio manifestò discerni possit. Ad secundum verò exercitium, in quo erudiri exercitum convenit, descendamus, quod quidem in eo consistit, ut aptè moveatur, atq; militari gradu iter faciendo ordines suos tueatur. Tertium est, ut ea dexteritate uti norit omni, quæ in pugna requiritur, sciat tormenta emittere, eaque postmodum recipere, velites extraordinarios tanquam impressionem facturos producere, atque itidem hos recipere, primas præterea cohortes tanquã vi compulsas in ordinem secundũ, atq; tandem in tertium revocare, inde verò harum quamq; in pristinum locum restituere, atq; his deniq; exercitiis tam sedulò universum agmẽ imbuere ut singulis hæc sint quàm notissima atq; tritissima, quod quidem frequenti usu atq; familiaritate citò assequetur. Quartum exercitium est, ut ex classici atque vexillorum ratione imperia Ducis cognoscere sciat, ea siquidem quæ voce pronunciantur, absque aliis indiciis quilibet percipere potest, hæc verò cùm ex classico ejusque modulatione dependeant, operæpretium fuerit explicare, quibúsnam modis veteres hac in re usi fuerint. Lacedæmonii, sicut ex Tucidide cognoscimus, fistulis utebantur, existimabant etenim istiusmodi harmoniam apud suos potiùs

gravi-

gravitatem, quam furorem excitaturam, quæ caussa etiam fuit, ut Carthaginenses in primo conflictu citharas adhiberent. Aliactes Lidorum Rex in bello tam fistulis quàm cithara canebat, Alexander verò Magnus atque Romani cornua atque buccinas adhibebant, utpote quibus persuasum erat, posse istiusmodi modis animos militum magis accendi atque ad fortiter dimicandum incitari. Nos verò, quemadmodum armaturæ modum tam à Græcis quàm à Romanis mutuati sumus, ita etiam in constituendo classico utriusque populi cõsuetudinem sequemur. Collocarem itaque buccinatores prope Ducem supremum, idq; quòd clangor iste non modò ad accendendos animos idoneus sit, sed etiam præ reliquis in quovis fremitu, faciliùs exaudiatur: omne reliquũ classici genus juxta Tribunos reliquosque legionum Duces disponerem, idque eligerem ex tympanis minutioribus, tum etiam fistulis, quæ quidem non eum ad modum, quo nunc uti solemus, sed qui in conviviis receptus est, inflandæ forent. Dux itaque buccinis suis moneat, quando vel consistendum vel movendum, vel etiam pes referendus, quando tormenta displodenda, quando velitibus extraordinariis movendum sit, atque adeò varietate istius clangoris motus universim omnes edoceat, qui modò hac via commonstrari queant, buccinas istas postmodum tympana
conse-

consequerentur, atque in hoc quidem maximi momenti exercitio militem suum frequenter habere, summopere necessarium est. Quo ad equites verò, his buccinas itidem tribuerem, verùm aliquantò minores, sonituque à reliquis diversas. Atque hæc quidem sunt, quæ de ordinum generibus atque exercitiis eò pertinentibus dicere mihi visum fuit. Ludo. Rogo verò ne molestum tibi sit, hoc porrò me erudire, quánam nimirum de caussâ equites tuos levis armaturæ magno cum clamore atque impetu impressionem facere, postea verò cùm reliquum exercitum committeres, omnia maximo cum silentio succedere volueris, postquam etenim rationem hujus diversitatis non assequor, eam ex te cognoscere desidero. Fabr. Variæ sanè veterum Ducū fuerunt opiniones, num scilicet cum clamore concitatoque gressu, an verò cum silentio atque lento gradu pugna instauranda esset, atque postremum hoc quidem ordinibus tuendis atque percipiendis Ducum imperiis opportunius est, primum verò ad accendendos animos facit: & quoniam utrumque horum spectandum esse censeo, hos quidem cum clamore, illos verò tacitos produxi: neq; sanè clamorem perpetuum probo, impedimento etenim est imperiis, quod in prælio perniciosissimum fuerit, neque consentaneum est, Romanos post primam impressionem claman-

do perrexisse, siquidem videre licet in ipsis prœliis sæpiùs voce atque exhortatione Ducis militem jam fugientem restitutum, ordinesque multifariam commutatos fuisse, quod quidem succedere non potuisset, si clamore vox Imperatoris victa oppressaque fuisset.

LIBER QUARTUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



LUDOVICUS. Postquam me Dictatore prælium tam feliciter depugnatum est, consultiùs me facturum arbitror, si fortunæ aleam experiri ampliùs nolim, postquam satis liquet, quàm varia inconstansque ea esse consueverit, Dictaturam itaque deponere, atque Zanobium has partes in se recipere cupio, siquidem huic ordini insistendum sit, quo ætate minori hæ vices incumbunt, novi etiã eum hoc seu honoris, seu oneris

ris non detrectaturum, tam quo mihi satisfaciat, quàm quòd natura ipsi plus animi quàm mihi tributum voluerit: neque est quòd in hanc arenam descendere reformidet, in qua tam vincere quàm vinci pariter proclive est. Zanob. Stabo igitur, quò me collocaveris, licèt libentiùs auscultassem, siquidem hactenus quæstiones tuæ mihi magis probatæ fuerunt, quàm illæ, quæ inter disserendum mihi ipsi occurrebant. Ergo rectè fecerit Dominus Fabritius, si tempus occupaverit, atque æquis auribus ceremonias hasce nostras, si fortè ipsi molestæ sint, exceperit. Fabr. Jucundæ mihi potiùs sunt, siquidem varietas hęc eorum, qui interrogant, ingeniorum vestrorum atq; cupiditatum varietatem nobis explorandam ꝓponit: Estne verò quidquam, quod materiæ nostræ deesse adhuc videatur? Zanob. Duo mihi explicari cupio, antequam ad aliam partem sermo discedat, unum an alia ordinandorum exercituum forma tibi occurrat, alterum, quid Ducem perpendere conveniat, antequã prælio decernat, tum si inter pugnandũ quid præter exspectationem succedat, quibus mediis obviam iri queat. Fabritius. Conabor ergo tibi licèt nõ distinctim satisfacere, siquidem sæpiùs occurret, ut dum ad unam respondeo, id etiã ad alteram pertinere queat. Dixi verò, me vobis formã exercitus istiusmodi delineasse, quæ quidem omnes alias formas

recipere valeat, quas vel hostis vel locorum ratio requirere possit, siquidem hoc casu tam ex tuo quàm hostis arbitrio tibi decernendum fuerit. Hoc igitur potissimùm vos monitos volo, nullam exercitus formam adeò periculis expositam esse, quàm qua frons plus justo distenditur, nisi fortè copiæ tibi sint innumeræ, hæ verò nisi adsint, frons tibi frequentibus ordinibus potiùs nec multùm lata, quàm lata, eaque raro ordine constituenda est. Quòd si etenim minores copiæ tibi quàm hosti sint, tum sanè ad alia remedia tibi confugiendum fuerit, cujus generis sunt, exercitum tuum latiùs extendere, flumine vel palude extrema latera cingere, ne facilè terga circumveniri possint, vel latera fossa munire. sicuti à Cæsare in Gallia factitatum legimus. Sit igitur hæc tibi regula universalis, ut frontem vel restringas, vel distendas, prout copiæ sive tuæ sive hostiũ comparatæ fuerint, nam si hostem numero antecedas, tum loca patentia tibi insistenda sunt, præcipuè si militem probè institutum habeas, quo non saltem hostem circumdare, sed & ordines tuos explicare latiùs possis, siquidem in angustiis locisque difficilioribus id fieri nequeat, eaque ratione nihil sit quo hostem antecellas. Hinc sanè videmus Romanos utplurimum loca patentia expetivisse, atque angustias devitasse. Contraria verò, ac jam dictum est, via tibi progrediendum erit, si aut copiæ tibi

tibi minores, aut eæ minùs probè institutæ sint, siquidem istiusmodi loca tum quærenda sunt, ubi vel minor numerus tutò consistat, vel prava institutio tibi nocumento esse non possit: Locus preterea superior hoc casu prodesse queat, unde impetus proclivior in hostem sit, ubi tamen hoc notandum venit, ne exercitu tuo collibus vel jugis istiusmodi insideas, ad quæ hosti aditus suprà te pateat, siquidem eo casu locus ille tuo superior, præsertim ob tormenta magno tibi damno esset, utpote quæ absque intervallo te inde offendere possent, nec tibi utpote à tuis impedito quidquã contrà moliri, vel hostem vicissim offendere liceret. Solis etiam ventique ratio ei, qui prælium committere parat, habenda est, ne alterum nimirum horum fronti obvertatur, siquidem utrumque qua radiis, qua pulvere visum percellit, præterquam quòd ventus adversus, telorum quæ in hostem mittuntur, impetũ frangat: neque sufficit modò spectare, ne solem dũ prælium instauras, adversum habeas, sed etiam cavere, ne idem dum pugna protrahitur, frontem feriat: præstaret itaque dum ordines componis, tergum soli rectà obvertere, quo temporis non parum prætereat, antequam ille à fronte tibi excipiendus sit. Observatum sanè hoc accuratè fuit, tam ab Hannibale ad Cannas, quàm à Mario apud Cimbros. Si equitatu inferior es, dispone exercitum tuum in vine-

tis, arbustis, atque id generis impedimentis, quam quidem rationem hoc sæculo Hispani secuti sunt, cùm Gallos in Regno Neapolitano ad Cirignolam profligarent, atque sanè sæpiùs evenisse constat, eosdem milites jam victos, mutatis tantùm ordinibus locisque victores evasisse, sicuti de Carthaginensibus legimus, qui sæpiùs à Marco Regulo victi, ex consilio Xantippi Lacedæmonii tandem victoriam adepti sunt, qui exercitum ipsorum in aperto constituendo, equorum atque Elephantum numero Romanos vinci posse eventu comprobavit. Animadvertisse me præterea apud veteres mihi videor, omnes ferè Duces alicujus nominis cùm hostem cernerent unum laterum plus altero, milite strenuo firmasse, non parem huic militem, sed infirmiorem opposuisse, optimos verò in debiliores eduxisse, atque his quidem, ut hostem modò sustinerent, nec de eo repellendo multum laborarent, illis verò injunxisse, ut vinci se paterentur, atque post principia se reciperent. Hinc verò duo emergunt, quæ hostem percellant, primum quod ea ratione exercitus ejus pars firmior à tuis circumvenitur, alterum quod dum subitò victoriam se assecutum esse putat, vix fieri queat, quin ordines suos negligat, atq; hinc cladem sibi ipsi accersat. Cùm Cornelius Scipio in Hispania contra Hasdrubalem Carthaginensium Ducem exercitum duce-

duceret, atq; rescivisset, Hasdrubali cognitum esse, se in disponenda acie legiones suas, tanquam robur exercitus sui, in medium recipere solitum, eamq; ob rem illum militiæ suæ robur simili ratione disposuisse: cùm postmodũ ad p̃lii res spectaret, dispositionẽ illam mutavit, & legiones quidem suas in cornua constituit, infirmiores verò in mediũ recepit: pugna igitur sic inchoata, mediam illam aciem lento gradu progredi, cornua verò celeriter movere jussit, quo quidem factum est, ut cornua saltem exercitus utriusq; pugnarent, media verò utrinq; acies ob locorum intervalla manus conserere non posset, atq; adeò Scipionis exercitus pars potior, cum Hasdrubalis infirmiore pugnaret, sicq; victoria potiretur: Nec sanè negari possit, hanc rationem tum temporis utilissimã fuisse, licèt ea hoc sæculo ob tormenta usu careat, siquidem spatium istud, quod inter mediam utramq; aciem abundaret, tormentorum ejaculationem promoturũ esset, quod quàm periculosum esse soleat, suprà satis demonstratũ fuit, eam ob rem hoc quidem modo ratio ista intermittenda, verùm ita ut diximus, adhibenda erit, ut nimirum exercitus universus dum pugnat, debiliores se recipiant. Si Dux in animo habeat, quòd majores sibi copias videat, hostem ita intercludere, ne id præcaveri possit, disponat exercitum suum æquali cum hostibus fronte, postquam verò frontes utrinque

pugnare cœperunt, suam pedetentim se recipere, latera verò sese extendere curet, eaq; ratione semper assequetur, ut hostis, antequam id suspicetur, se circumventum experiatur. Si Dux extra aleam quasi pugnare tutus velit, explicet exercitum suum eo in loco, ubi ipsi, vel ad paludes, vel ad montes, vel etiam ad castra munitiora receptus propinquus sit, ea enim via hostis illum prosequi nequit, licèt ille contrà ipsius invasioni expositus sit: Hanc rationem secutus fuit Hannibal, postquam fortunam adversam experiri, atque virtus Marci Marcelli ipsi suspecta esse cœpit. Alii, quo ordines hostium turbent, levis armaturæ militibus pugnam instaurandam commiserunt, ita tamen ut mox intra ordines se reciperent, atque ibi cùm frontem utrinque pugnando occupatum sensissent, per latera erumperent, atque hac quidem via adversam aciem consternârunt atque vicerunt. Si quem equitatu parum valere contingat, licet ipsi. præter ea quæ jam dicta sunt, post equites suos aciem hastatorum collocare, atque in ipsa pugna curare, ut equites hastatis locum dent, eaque ratione semper superior existet. Multis etiam placuit, pedites quosdam leviter armatos sic exercere, ut inter equites pugnare sciant, quod quidem equitibus maximo adjumento esse solet. Ex omnibus quos exercitũ ad prælium prudenter disposuisse cõstat, primæ tribuuntur Hanibali

nibali & Scipioni, cùm ii in Aphrica de summa dimicarent: Hannibal quidem, quòd exercitum tam ex Carthaginensibus quàm auxiliariis variis compositum haberet, fronti octoginta Elephantes præposuit, post hos auxiliarios, inde Carthaginenses suos, ultimò Italos, quibus parum fideret, collocavit, idque his rationibus permotus, quo nimirum auxiliariis, utpote frontem ab hoste tergũ à suis clausum cernentibus, fugaque undique præclusa, necessitas pugnandi incumberet, atque hi Romanos vel vincerent, vel certè adeò defatigarent, quo sibi postmodum cum robore exercitus sui ad victoriam via proclivior esset. Scipio contra in primã aciem hastatos, postea principes, ultimò Triarios ex more consueto, ut alii alios recipere possent, collocavit, frontem autem intervallis abundare voluit, quo verò hosti id minus appareret, sed ordines potiùs frequentes conspicerentur, velites his intexuit, quibus injunctum erat, Elephantis appropinquantibus confestim ut cederent, seq; intra legiones reciperent, viamque sic Elephantis aperirent, qua quidem ratione horum impetum frustravit, atque manus conferendo victoriam adeptus est. Zano. Revocasti mihi in memoriam, Scipionem eo in prælio hastatos non intra principum ordines recepisse, sed eos divisisse, atque in cornua exercitus distribuisse, quò principibus locus esset, cùm

ad pugnam vocarentur, cognoſcere itaq; ex te cupio, quam ob rem à conſuetudine priſca tum deflexerit? FABR. Dicam. Hannibali omnis ſpes in media acie ſua repoſita erat, quo igitur huic agmini pari robore occurreretur, Scipio Principes ſuos Triariis conjunctos his oppoſuit: eam ob rem, quòd intervalla Principum à Triariis occupata eſſent, haſtatis jam locus nullus ſuppetebat, hi itaque eam ob cauſſam dividendi, & ad cornua exercitus ablegandi erant. Hîc verò notandum occurrit, hunc quidem modum, quo prima acies aperitur, ut ſecundæ locus ſit, non aliter niſi cùm ſuperior fueris locum habere, ſiquidem tum idem tibi, quod Scipioni facere licebit: at ab inferiore vel etiam repreſſo, id certè, niſi cum manifeſto diſcrimine fieri nequit, eoque neceſſe eſt ordines, in quos recipiare, poſt te conſtitutos eſſe: verùm ad propoſitum noſtrum redeamus. Utebantur Aſiatici inter alia, quæ ad hoſtilem aciem perrumpendam invenerant, curribus falcatis, quibus non tantùm agmen inimicum aperiebant, ſed hoſtes etiam interimebant. Hiſce machinis trifariam obviam ibatur, vel quod conglobatis ordinibus impetum ſuſtinerent, vel intra ordines, ſicut & Elephantos currus reciperent, aut arte quadam impetum illum frangerent, ſicuti Sillam Romanum adverſum Archelaum, qui iſtiuſmodi curribus utebatur,

tur, fecisse legimus, post primos etenim ordines, palos quamplurimos in terram præfixerat acutos, quibus currus implicati hærebant, ubi quidem nova ratio in disponenda acie à Silla usurpata notanda venit, velites etenim, omnesque equites post aciem, gravius verò armatos in fronte collocavit, multis inter hos intervallis constitutis, per quæ postremi ordines, si casus id ferret, erumpere possent, qua quidem via, opera equitum per intervalla in ipsa pugna erumpentium victoriam adeptus fuit. Ad turbandum porrò in ipso prælio exercitum inimicum, plurimum profuerit istiusmodi quidpiam comminisci, quo hostis consternetur, cujus quidem generis sunt, aut fingere auxilia in propinquo esse, aut aliquid oculis objicere, unde sibi persuadeāt auxilia adventare, eoq; subito aspectu pterrefacti, ad victoriā tibi viā aperiant, qua quidem cautione Minutius Ruffus & Accilius Glabrio Romani consules superiores evaserūt. Cajus etiam Sulpitius calones lixasq; mulis atq; aliis bello inutilibus jumentis imposuit, eosq; tanquam agmen cataphractorū dispositos, in ipsa cū Gallis pugna in colle vicino comparere jussit, atq; sic victoria potitus est, qua itidē ratione Cajus Marius contra Germanos feliciter usus fuit. Quòd si igitur in ipsa pugna istiusmodi auxilia licèt vana, tantū ad victoriā momentū conferunt, facilè inde intelligere possumus, quid de præsen-

præſentibus auxiliis ſperari queat. præſertim ſi in ipſo pugnæ fervore, vel à tergo vel à latere hoſtem iis invadere liceret. quod quidem fieri facilè nequit, niſi regionis oportunitas tibi adſtipulata fuerit: quòd ſi enim regio aperta fuerit, nullam ſanè copiarum tuarum partem clam habere potes, quod tamen in iſtiuſmodi conatibus potiſſimùm requiritur: in locis verò ſylvoſis vel montuoſis utpote ad inſidias oportunis, partem exercitus nullo labore abſcondere, atq; inde in hoſté erumpere potes, unde tibi victoria ſemper parata erit. Maximi præterea aliquando momenti fuit, in ipſo prælio famam ſparſiſſe, vel Ducem hoſtiũ occubuiſſe, vel alteram exercitus partem victoriam jam adeptam eſſe, unde ſanè multis, qui hac ratione uſi ſunt, victoria parta fuit. Equitatus quidem inimicus facilè vel formis vel fragoribus inſuetis turbatur, ſicuti Crœſo feliciter ceſſiſſe legimus, quòd Camelos hoſtium equis oppoſuiſſet, ſicuti etiam Pirrhus Romanorum equis Elephantos objecit, atque horum aſpectu odoreque ordines ipſorũ turbavit. Noſtro præterea ſæculo Turcarum Imperator non alia ſanè ratione Perſarum Sophium, tum Syriæ Sultanum devicit, quàm quòd bombardarum fragore inſolito taliter equos eorum perterruerit, ut ipſi facilis ad victoriam via eſſet. Hiſpani quo Hamilcaris exercitum minore cum diſcrimine profligarent,

currus

currus aliquot stupa refertos ante ordines disposuerunt, ut pugna instaurata boum adjumento, eos recta in hostem mitterent, immisso igitur igne boves quo eum effugerent, in Hamilcaris exercitum impetu facto, eum dissiparunt. Solemus porrò, uti jam dictum est, hostes in insidias pelliciendo decipere, si id regionis opportunitas suadeat: in campis verò patentibus non pauci effossa humo, foveisque iterum leviter opertis per harum intervalla sese in prelio recipientes, hostem in insidias istas præcipitârunt. Quòd si verò tibi ipsi in prælio aliquid adversi obtigerit, quod milites turbare queat, prudentissimè feceris, si istud non saltem dissimulaveris, sed etiam aliquid boni inde dicere noveris, sicuti Tullum Hostilium, Luciumque Syllam fecisse constat, qui quidem conspecto suorum agmine, quod in ipso prælio ad hostes concesserat, suorumque animos nō parum turbaverat, id suo consilio factum fuisse exercitui facilè persuasit, eaq; ratione confirmatis ipsorum animis, tantum audaciæ ipsis addidit, ut tandem victores evaderent: Cùm etiam alio tempore aliquot milites cuidam negotio peragendo amandasset, eosque ab hoste interceptos cognovisset, ne reliquorum fortè animi inde turbarentur, edixit, suo id consilio ita evenisse, quod istud nimirum agmen parum integræ fidei cognovisset. Cum Sertorio in prælio significaretur,

quen-

quendam ſuorum Ducũ occubuiſſe. ne id ad reliquos emanaret, nuntium illum ſua manu obtruncavit. Difficillimum ſanè eſt, exercitum jam fugientem, confirmare, quo iterũ in prælium revertatur, aut enim univerſus exercitus in fugam conjectus eſt, atq; hoc quidem loco nihil remedii ſupereſt, aut ſaltem una exercitus pars fuga dilabitur, atque tum aliquando obviam iri poteſt. Conſtat ſiquidem per multos Ducum Romanorum, quod fugientibus ſeſe opponerẽt, iisq; timiditatem ſummumq́, flagitium exprobrarent, ipſos reſtituiſſe, ſicuti Luciũ itidem Syllam legionibus ſuis à Mithridate in fugã præcipitatis, ſeſe oppoſuiſſe legimus, atq; exſerto gladio clamaſſe, ſi quem contingeret ab ipſis de Duce ſuo rogare, reſponderent, ſe illum in Beotia pugnantem deſeruiſſe. Attilius autem Regulus ſuis quos fugere conſpexerat, reliquos qui firmi manſerant, oppoſuit, atq; necem tam ab amicis quàm ab hoſte, niſi loca ſua repeterent, interminatus eſt. Cùm Philippus Macedonum Rex intellexiſſet, ſuorum animos propter Scythas fluctuare, poſt exercitum ſuum aliquot equites integerrimæ fidei collocavit, iisq; palam injũxit, ut omnes qui terga darent, confeſtim interimerent, quare à ſuis intellecta, maluerunt pugnando quàm fugiendo occumbere, eaque ratione victoriam adepti fuêre. Alii Romanorum non tam quo fugam ſuorum antevertereent,

rent,

rent, quàm animos illorum accenderent atq; obfirmarent, ſignum in medios hoſtes conjecerunt, atque præmia iis propoſuerunt, qui illud recuperaturi eſſent. Hìc non abs re me facturum arbitror, ſi ea quæ poſt pugnam occurrere ſolent, attigero, tam quod pauco ſermone indigeant, quàm quòd minimè omittenda ſint, atq; ad hanc partem pertinere videantur. Cùm itaque pugnam aut victoria aut clades ſequatur, neceſſe eſt, ſiquidem viceris, ut ſumma cum celeritate victoriam proſequare, atque hac in parte Cæſarem, non Hannibalem imiteris, cui quidem obtigit urbe Roma excidere, quo victo ad Cannas Romanorum exercitu moram traxiſſet, cùm alter nunquam à victoriá quieſceret, ſed majore potiùs impetu atque conatu diſſipatum hoſtem inſequeretur, quàm ſtantem adgreſſus eſſet. Victo verò diſpiciendum Duci erit, ſi quid ſpei inde ſibi ſupereſſe poſſit, præſertim ſi aliqua pars exercitus ſalva ſit. Atq; occaſio quidem commoda ex negligentia hoſtium emanare poteſt, qui quidem ut plurimum à victoria incurioſiùs agere ſolent, unde ipſorum opprimendorum via aperitur: ad hunc ſanè modum Martius Romanus exercitum Carthaginenſium delevit, quod duobus Scipionibus extinctis ipſorumq́; exercitu ꝓfligato copias quæ apud Martium reſiduæ erant, minùs æſtimarent, negligentia etenim ipſorū cognita ipſos ſubitò adgreſ-

aggressus obtrivit. Videre siquidem est, nihil tam facile tibi effectum dari, quàm id quod hostis non credat accidere posse, sæpissimè etenim evenire solet, homines inde potissimùm offendi unde minùs timent. Quòd si itaq; Dux eousque progredi non possit, sedulò tamen in id incumbat, ut clades quàm minimũ damni atque jacturæ ipsi intulerit, ad hoc verò requiritur, vel ut viam invenias, qua hostis te sequi nequeat, vel saltem ut in persequendo retardetur. Primum quod attinet, quidã cùm fugam suorum animadverterent, Ducib. suorum ordinum injunxerunt, ut varia via atque in diversas partes fugerent, loco interim constituto, ubi iterum conveniendum foret, unde factum est, ut hostis copias suas dividere dum ambigeret, aut omnes aut major ipsorum pars sese in tutum reciperet. Secundo verò casu reperti fuêre, qui quæque pretiosissima post se relinquerent quo præda colligenda hostis occupatus spatium fugiendi ipsis tribueret. Titus Dimius non contemnenda industria cladem in prælio acceptam occultavit, nam postquam usque ad noctem pugnam magna cum strage suorum produxisset, nocte excubiæ majorem partem eorum qui in prælio occubuerant, inhumavit: cùm igitur hostes postridie tantam stragem suorum, Romanorum verò nullam conspexissent, reliquis suis diffisi fuga sibi consuluerunt. Videor nunc quæstioni

tuæ; confi sè quidem, prout dixeram, ſatisfeciſſe licèt fatear circa formam acierum quædam dicenda ſupereſſe, non defuiſſe nimirum belli Duces; qui exercitus ſuos inſtar cunei diſponerent; quod ſibi perſuaſum haberent, eo modo faciliùs hoſtium ordines penetrari atque diffindi poſſe. Contra hanc formam exercitus inſtar forpicis aperitur, quo cuneus iſte recipi atque circumdari, eaque ratione omni ex parte oppugnari queat: cui quidem rei hęc tibi univerſalis ſit regula, optimum remedium ad eludendas artes hoſtium in hoc conſiſtere, ut ſponte tua facias, ad quod vi te adigere conatur, hac enim ratione dum ſtudio te ad id componis, omnia ordinatè atque providè proceſſura, eoque te hoſte præſtare, colligere licet, cùm contrariâ viâ extremum periculum tibi expectandum ſit, cui quidem rei fuſiùs confirmandæ, mihi moleſtum non fuerit, eorum, quæ jam dicta fuerunt, quædam huc repetere. Cuneum hoſtes ideo moliuntur, ut ordines tuos diſſipent, quòd ſi igitur ordinibus diviſis progrederis, potiùs quàm illi tuos, tu hoſtium ordines turbaveris. Conſtituerat Hannibal Elephantes ſuos in frontem, quo his ordines Scipionis diſſiparet: Scipio igitur diviſis ordinibus eos excepit, atque inde victoria potitus eſt. Haſdrubal robur omne exercitus ſui in media fronte collocaverat, quo Scipionis agmen medium eo obtereret, at Sci-

pio jussit suos ultrò cedere, eaque ratione illum delevit, adeò ut statuere liceat, istiusmodi artes militares ad victoriā illi, in quem machinatæ fuerant, prodesse. Nunc ea si rectè memini explicāda supersunt, quæ Duci, antequā ad ꝑliū descendat, ponderāda veniant: atq; primò quidem id constitutū sit, ne unquā prælii aleā experiatur, nisi quapiā in re hostibus præstet, aut sanè necessitate aliqua eò adigatur: Præstat autem vel situs, vel ordinum ratione, vel copiarum magnitudine, aut denique militum præstantia. Necessitatem eam vocamus, si perspectum habeas, licèt prælium detrectes, nihilominùs tibi pereundum esse, cujus generis sunt, si pecunia destituaris, eoq; metuendum sit, ne exercitus tuus dilabatur: si fame laborandum aliàs fuerit, si hostem auxilia exspectare compertum habeas, his etenim casibus omninò ad prælium, licèt cum discrimine, deveniendum est: siquidem præstat fortunam experiri. Peccat igitur graviter Dux, nisi his casibus pugnaverit, ut sunt, occasionem quidem ad victoriam habuisse, at illam vel agnoscere noluisse, vel è manibus elabi ex pusillanimitate passum esse. Occasionem verò aliquando aut hostis, aut tua industria tibi exhibet. Multi dum flumina trajicerent, ab hoste ad omnia intento deleti fuêre, qui divisam fluminibus alteram partem facilè oppressit: sic Cæsar Helvetiorum magnam partem delevit,

levit, quod ea flumine à reliquis copiis discerneretur. Fit porro aliquando, ut hostem in te persequendo itineris molestiis fractum nanciscare, quòd si itaque exercitus tuus viribus atque alacritate tum polleat, istiusmodi sanè occasio tibi negligéda minimè fuerit: prçterea si hostis summo mane ad prælium suos è castris eduxerit, tu tuos in castris aliquot horas continere, atque dum ille sub armis diutiùs desudavit, neque parum primi fervoris ipsi deperiit, illum tutiùs adgredi potes, qua via Scipio adversus Hasdrubalem, & Metellus adversus Sertoriũ in Hispania usi sunt. Si hostiũ copias, vel quod exercitũ separatũ, quod Scipionibus in Hispania obtigit, vel aliã quamuis ob caussam imminutas videris, aleã experiri potes. Major Ducũ cordatiorum pars hostiũ impressioné potius exspectat, quàm quod ipsi cũ impetu in hosté excurrant, siquidem furor ille non difficulter ab hominibus cordatis & ad omnia paratis sustinetur, ubi verò semel illũ sustinueris, facilimè in timiditaté abibit: sic Fabius cũ Samnitibus atq; Gallis egit, victoriaq; potitus est, cũ Decius ipsius collega occubuisset. Quidã virtutem hostiũ metuentes in præliũ non nisi sub noctem progresi sunt, quo si suos vinci contingeret, noctis præsidio sese in tutũ recipere possent. Alii superstitione fascinatos hostes prçliumq; animadvertétes eo tépore detrectare id ipsum tépus ad certamen ar-

ripuerunt ac vicerunt: sic Cæsar in Gallia Ariovistum, Vespasianus in Siria Judęos oppressit. Omni verò studio curaque Duci in id incumbendum est, ut homines tam fidos, quàm prudentes, artemque militarem callentes optimè, penes se habeat, quorum consiliis indesinenter uti, atq; cum iis de copiis tam suis quàm hostium conferre possit, utra pars nimirum copiis anteeat, quæ armorum genere præcellat, quæ equitatu præstet, quæ disciplina militari, quæ aptior ad perferenda militiæ incommoda, num in peditatu an equitatu sibi majus sit præsidium quærendum: Locum prętęrea perpendat, in quo consistendum fuerit, num ipsi, an hosti oportunior, & cui partium annona commodiùs subvehatur, num potiùs sit prælium urgere aut differre quid ipsi beneficii temporis progressu vel sperandum vel amittendum, siquidem milites sæpissimè bellum in longius protractum fastidiunt, laboribusque consumpti signa tandem deserunt. Potissimùm verò requiritur, ut hostium Ducem benè noveris, quibus nimirum hominibus stipatus, num temerarius an cautus, timidus an verò audacior sit: auxilia etiam tibi cõsideranda sunt, quantumque ipsis fidei tribuendum. Omnium autem maximè cavendũ tibi fuerit, ne militem trepidum, aut aliquo saltem modo de victoria ambigentem in prælium educas, certum siquidem ad cladem prę-

sagium

ſagium fuerit, ſi vincere te poſſe minùs credas: atque hoc quidem caſu prælium omninò tibi fugiendum eſt, vel quod locis munitioribus, ſicut Fabium Maximum adverſus Hannibalem feciſſe legimus, inſideas, ne illi animus te adgrediendi ſuppetat, vel ſi locis munitioribus te minùs tutum arbitreris atq; oppugnatum ibi te iri credas, agrum deſeras, atque exercitum in præſidia tutiora diſtribuendo, hoſtis animum ex mora expugnationisque difficultate frangas. Zanob. An verò nulla alia ratione, quàm exercitum dividendo prælium declinari queat? Fabr. Exiſtimo me aliàs cum aliquo veſtrûm hac de re contuliſſe, non poſſe nimirum illum, qui exercitum extra caſtra ducit, ullo modo prælium ſubterfugere, ſi inimico quavis via pugnam experiri conſtitutum ſit, neque adeò niſi unicum remedium ipſi ſupereſſe, ſi nempe decem ad minus milliaria Germanica inter utrumque exercitum diſtent, quo ſcilicet maturè, ſi fortè hoſtis inſequatur, ſe ſubducere poſſit: nam quod Fabium Maximum attinet, ille quidem prælium cum Hannibale nunquam detrectavit, ſed potiùs expetivit, ſi id abſque diſcrimine committi poſſet: Hannibal autem in animum non induxit, illum eo locorum tutò oppugnari aut vinci poſſe, nam ſi ipſi viſum fuiſſet illum vinci poſſe, omninò Fabio ad prælium deſcendere, aut verò fugere neceſſum erat. Cum Phi-

lippo Macedoniæ Regi, Persei patri, cum Romanis bellandum esset, castra quidem sua in montem altissimum metatus est, ne prælii discrimini summam committeret, at Romani montem occupârunt, eumque vicerunt. Vercingentorix Gallorum Dux, ne cum Cęsare, qui flumen præter exspectationem trajecerat, sibi pugnandum esset, multa miliaria se intra regionem recepit. Nostro quidem sæculo, si Venetis prælium cum Gallorum Rege committere minùs tutum visum fuisset, exercitum sanè Gallorum flumen Addam trajicientem ibi operiri nunquam debuissent, sed sese maturè, cum Vercingentorige, inde subducere, cùm verò id otiosi spectassent, non modò occasionem dum illi in trajiciendo occupati essent ad pugnam occupare, sed etiam prælium ampliùs evitare non potuerunt, Galli etenim ipsorum castris jam viciniores, Venetos discedentes assecuti, in ipsos irruperunt, eosq; in fugam conjecerunt: unde sanè videre licet, si omnimodo prælio decertare hosti constitutũ sit, id declinari nulla ratione posse: neque his exemplum Fabii opponi queat, siquidem prælium tam ipse quàm Hannibal pariter declinabant. Occurrit porrò sæpiùs, ut milites tui ad prælium paratissimi sint, tibi verò vel numeri, vel situs, vel alia ratione pugnare, minus commodum videatur, eosque sententiam mutare cupias: contrà evenire queat,

ut vel

ut vel necessitate vel occasione ad prælium rapiare, milites verò tui animi minus habeant, sed potiùs trepident, tunc quidem quoad primum illi tibi terrendi, quoad alterum verò accendendi sunt, primo sanè casu, si persuasiones locum non capiant, nihil salubrius fieri queat, quàm partem eorum hostili prædæ exponere, quo tam illi, qui pugnaverunt, quàm reliqui credere deinceps discant. Istud autem quod occasio Fabio Maximo aliquando obtulit, non difficulter arte assequi poterimus. Desiderabat Fabius (uti novistis) manus cum Hannibale conserere, idem etiam Magister equitum ardebat: at Fabio hactenus integrum non erat, prælium tentare, coactus itaque fuit, exercitum cùm Magistro equitum omnia alioquin præcipitaturo dividere, & Fabius quidem in castris cum suis remansit, Minutius verò manus conseruit, at in summum periculum præcipitatus, insuper deletus fuisset, nisi Fabius maturè ipsi auxilia submisisset: quo eventu tam ipse quàm universus exercitus moniti, Fabio aures deinceps præbere didicerunt. Si verò militū animi accendendi sint, non abs re erit, eos in hostes exacerbare, vel quod injuriis provocatos vel donis dolisq; ab hoste corruptos esse insimules, tum eo locorum exercitum disponere, quo hostē milites in conspectu habeant, atq; velitari quadā pugna cum ipso experiantur, si-

quidem ea quæ quotidie occurrunt, faciliùs contemnuntur: iram quoque simulare & oratione accommodata ignaviam ipsis exprobrare, atque ruborem excitare tum solum hostem adgressurũ te dicere, si illi te deserere in animo habeant. Inprimis verò etiam tibi spectandum est, siquidem militem ad pugnam obstinatum habere velis, ne quidquam suarum facultatum eum vel domum ablegare, vel aliorsum in tutum deponere, antequam bellum finitum sit, patiare, quo ipsi manifestò constet, licèt fuga vitæ suæ prospiciat, fortunis tamen nihilo plus consultum esse, pro quibus tamen homines aliquãdo nõ minùs obstinatè, quàm pro vita ipsa laborare consueverunt. ZANOB. Dixisti militum animos si ipsos alloquaris ad pugnam accendi posse, igitur universum exercitum, an præfectos saltem alloquendos esse velis? FABR. Paucis rem quandam persuadere, aut dissuadere, exigui laboris est, nam si verba locum minùs habeant, authoritate atq; vi imperium exequi potes, ibi verò potissimùm tibi desudandum fuerit, ubi sinistram quandam opinionem, & quæ vel bono publico, vel sententiæ tuæ adversetur, multitudini eximere cupias, neque aliis mediis quàm verbis locus, eaque omnibus exaudienda sint, siquidem pariter omnes persuadendi fuerint. Hinc sanè operæpretium est, Duces in Oratoria facultate pollere, nam nisi universum exercitũ allo-

alloqui poſſis, vix quidquam ex ſententia tibi ſuccedet, licèt id quidem hoc ſæculo planè in deſuetudinem abierit. Legatur modò vita Alexandri Magni, quoties obſecro ipſi univerſus exercitus pro concione exhortandus fuit? quâ ſine re ipſum nunquam ultra deſerta Arabiæ, atque in Indiam uſque tanto cum ſudore atque ſtrage promoviſſet, utpote quem jam ſpoliis onuſtum ditatumque duceret: Nam ſæpiſſimè occurrit, ut iſtiuſmodi quædam emergant, quæ exercitui ruinam minitentur atque accerſant, ſi Dux ipſum alloqui vel recuſet vel neſciat: ſiquidem oratione metum adimimus, animos accendimus, obſtinationem augemus, inſidias detegimus, præmia pollicemur, pericula ut inſtent, ut devitentur, demonſtramus, reprehendimus, oramus, minitamur, ſpem fovemus, laudamus, vituperamus: atque adeò omnia ea perficimus, quarum medio humani affectus aut reprimi aut accendi queant. Requiritur eam ob rem, ut Rex ſive Reſpub. quive novum exercitum conſcribere, atque laudem venari velint, militem aſſuefaciant, ut Ducem orantem frequenter audiant, atq; hic ipſos aptè alloqui noverit. Magnum ad militiam priſcam in officio continendam momentum erat religio, atque juramentum à militibus præſtitum cùm in bellum ducerentur, nã quidquid erraſſent, non tantùm ea quæ ab hominibus metuenda, ſed etiam quæ à Diis ira-


tis extimeſcenda eſſent, ipſis ob oculos ponebantur, quæ quidem res, præſertim ſi numina intermiſcerentur, ſæpiùs priſcorum temporū Ducibus ad victoriam facilem viam aperuêre, atq; idem præſtarent quoque hactenus ſi religio cordi eſſet atque obſervaretur. Sertorius hac via uſus fuit, atque à cerva, quam è templo Apollinis rapuerat tanquam Deorum internuncia, victoriam ſibi polliceri militibus perſuaſit. Alii in ſomnis numen ſibi apparuiſſe, atque ad prælium exhortatum eſſe aſſeverârunt. In bello quod noſtrorum Avorum memoria Carolus ſeptimus Gallorum Rex cum Anglis geſſit, juvenculam. Gallus in cōſilium adhibuit, tanquam Dei nuntiam vulgo puellam ſeu virginem nuncupatam, eaq; exercitum ducente, victoria potitus eſt. Conſtat etiam ratio, qua hoſtem tuis contemnendum propines, ea quidem via Ageſilaus Spartanus uſus eſt, dum Perſarum nuda corpora militibus conſpicienda exhiberet, quo mollitiem eorum cernentes, minùs ſibi ab ipſis metuerent. Alii in eas anguſtias exercitum conſultò deduxerunt, ut niſi in victoria nulla ipſis ſpes ſupereſſet, quæ quidem ratio omnium præſtantiſſima eſt, qua militem tuum ad pertinaciſſimè pugnandum adigere queas, quæ pertinacia ex confidentia & amore vel erga Ducem, vel erga patriam oriri ſolet. Fidem erga Ducem conciliant armaturæ genus, ordines

optimè

optimè dispositi, recentes victoriæ atque opinio de ipsius industria concepta. Amor in patriam à natura, in Ducem verò potiùs ab ipsius virtute quàm aliis beneficiis oritur. Multa quidem sunt, quæ te cogere possint, nullum verò fortius vinculũ, quàm quo tibi aut vincendum aut pereundum animadverteris.

LIBER QUINTUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



Fabr. Demonstravi hactenus, qua ratione exercitus, qui hostem in conspectu habeat, ad prelium componendus sit: & qua industria victoriã assequamur, mentione ꝑterea eorũ facta, quæ in ipsa pugna emergere possint, atq; eò facere videri queant: ratio itaque postulare videtur, ut ad ea deveniam, quæ in disponendo exercitu facienda sint, si hostem in conspectu non habeas, verùm

verùm ne fortè subitò irrumpat tibi metuendum sit, quod quidem tunc potissimùm occurrere solet, cùm per agrum inimicum vel alia ratione suspectum tibi pergendum fuerit. Scire igitur vos volo, Duces Romanos utplurimum turmis aliquot equitum, tanquã speculatoribus, itinera explorasse, quas cornu dextrum, poneq; horum militum impedimenta sequebantur, his succedebat una legio post se impedimenta agens, huic verò altera itidem cum impedimentis. demum cornu sinistrum cum impedimentis & tandem equites residui: atque hic quidem modus est, quem in itinere Romani potissimùm observabant. At si fortè in itinere illos invadi contingeret, tum omnibus impedimentis vel ad dextram vel ad sinistram, prout occasio vel tempus locusque id requirere videbantur, subitò constitutis, ipsi quidem hostem quà ingrueret, excipiebant: quòd si etenim hostis ex uno latere copias adgrederetur, ipsi sarcinas ex adverso latere emittebant, atque altero latere hostem exspectabant. Atque hic quidem modus utpote aptus & prudentissimè constitutus mihi imitatione dignus videtur, quo nimirum equitatus levis armaturæ ad itinera exploranda præmittitur, atque legionum quæque cum suis impedimentis altera alteram consequitur. Postquam verò impedimenta duorum generum sunt, atque alia privatorum, alia publicis usibus

bus atque commodo universi exercitus ducuntur publica itidem in quatuor partes tribuerem,& cuique legioni alteram conjungerem, tormentis insuper atque turba imbelli in quatuor partes distributa, idq; eo modo, quo quamque legionem æqualiter sua impedimẽta consectarentur. Cùm autem aliquando occurrere soleat, ut per agrum non modò suspectum, sed adeò inimicum pergendum sit, ut omni momento irruptionem tibi metuendam esse animadvertas, eo sanè casu forma agminis necessariò mutanda fuerit, atque ordines ita disponendi, ut neque turba agrestis neq; exercitus inimicorum te offendere, aut ulla ex parte minùs paratum occupare queat. Solebant sanè veteres, cùm id metuerent, quadrato agmine proficisci, sic enim formam istam exercitus nuncupabant; non quod omni ex latere æqualiter quadrata, sed potiùs quòd ita disposita esset, ut ex omni latere hostem excipere posset, ea enim ratione tam ad iter quàm ad pugnam se paratos esse dicebant: neq; ego quidem illam negligendam duco, sed potiùs duas illas legiones, quas instruendas atq; disponendas exemplo mihi sumpsi, hanc ad regulam accommodabo. Quòd si itaq; per agrũ hostilem absque periculo iter facere, & omni ex parte ad irruptionem hostium paratus esse, eamq; ad rem universum exercitum in agmen quadratum priscorum more reducere velim,

con

constituendum mihi fuerit agmen quadratū, quod in medio spatium ulnarum ducentarum & duodecim quaquaversum æqualiter occupet, idque hunc ad modum. Primò laterum unum ab altero ulnis ducentis atque duodecim discriminarem, atque quinque cohortes ex latere unoquoq; disponerem, quarum singulæ tribus inter se ulnis distarent, adeoque cum intervallis suis (cuique cohorti quadraginta ulnas tribuendo) ducentas & duodecim ulnas complecterentur. Ad frontem porrò postremamq; agminis partem, reliquas decem cohortes quinque nimirum ex unaquaq; parte constituerem, idq; hac methodo, ut harum quatuor ad frontem lateris dextri starent, quatuor verò aliæ latus sinistrum pone clauderent, reliquarum duarum una frontem lateris sinistri, altera caudam lateris dextri occuparet: postquam verò intervallum utriusq; lateris ducentas & duodecim ulnas complectitur, hæ verò cohortes, quæ sibi invicem ex latere in latum, non in longum conjunguntur, saltem centū triginta quatuor ulnas, computatis etiam spatiis occupant, apparet, inter quatuor istas cohortes lateris dextri, unamq; cohortem lateris sinistri à fronte totius exercitus dispositas, intervallum ulnarum septuaginta octo abundare, quod simili planè ratione in postrema exercitus parte conspicere licet, quanquam inter duo hæc vacua hoc interſit,

nnoo o

eeeee
eeeee

eeeee
eeeee

tersit, quod posterius intervallũ ad lat⁹ dextrũ, anterius verò ad latus sinistrũ totius agminis ꝓtendatur. Hęc itaq; intervalla à fronte quidẽ velitib. ordinariis, à posteriore verò parte extraordinariis explerem. quorũ vix mille à quoquo intervallo caperentur: ꝙ si ergo spatium istud in medio agminis constitutum quaqua versum æqualiter ulnas ducentas duodecim occupare cupiã, necesse fuerit, tam illas cohortes quinq; quæ à fronte, q̃ quæ post agmẽ collocantur, nihil omninò illius spatii occupare, ꝙ laterib. tributũ est: eamq; ob rem requiritur, ut quinq; posteriores cohortes, frontibus suis tergũ laterũ claudant, anteriores verò humeris suis ad frontẽ laterum consistant, atq; hac quidẽ ratione ex unoquoq; latere toti⁹ exercitus spatiũ tam amplũ abũdabit, ꝙ totã cohortẽ in se recipere possit: postquã verò agmẽ hũc ad modũ constitutũ, spatia quatuor efficit, ego quidem hastatorum extraordinariorũ quatuor vexillis, unumquodq; spatiũ singulo, explerẽ, duo verò extraordinariorũ quæ hactenus supsunt vexilla, in ipso meditullio magni intervalli agmine quadrato, atq; in ejus frõte Ducẽ supremũ cũ suis stipatorib. constituerẽ. Quoniã verò hæ cohortes hunc ad modũ dispositę, omnes quidẽ eandem in partẽ ꝓgrediuntur, at nõ omnes eandem in partem manus conserũt, curandum est, ut dum illos disponis, latera ea ad pugnam constituas, quæ à reliquis cohortibus

tibus munita non sunt. Considerandum itaque est, quinque illas cohortes, quæ in fronte constitutæ sunt, omnes reliquas partes, fronte excepta, munitas habere, eam igitur ob rem hæ conjungendæ ita sunt, ut hastæ primas occupent, quinque verò cohortes posteriores omnes ordines tectos munitosque habent, excepta postrema parte, eam igitur iterum ob rem hæ conjungendæ invicem sunt, ita ut hastati postremi sint, uti suo loco demonstratum fuit. Quinque porrò cohortes, quæ ad latus dextrum collocatæ sunt, omnia latera protecta habent, excepto latere dextro: quinque denique quælatus sinistrum occupant, omnes partes, excepto latere sinistro, opertas gerunt: ideo dum ordines disponis, curandum est, ut hastati eo in latere, quod munitum nō sit, collocentur: quo autem decuriones tam in fronte, quàm postrema acie conspiciantur, eaque ratione cùm pugnandum fuerit, omnia exercitus membra loca quæque sua occupent, qua quidem methodo id assequi commodè possis, id suprà, cùm de cohortium ordinibus disponendis ageremus, ubertim explicatum fuit. Tormenta porrò dividerem, atque horū partem fronti ad sinistram, alteram ad dextram præfigerem: Equites levis armaturæ itinera exploranda sibi sumerent. Cataphractorum parte una latus dextrum, sinistrum altera postremi agminis quadraginta circiter ulnarum

à co-

à cohortibus intervallo clauderem. Sit enim, quantum quidem ad equites pertinet, hæc vobis universalis regula, eos in disponendo exercitu semper vel post extremam aciem, vel ad latera collocandos esse: at si tibi eos ante aciem rectà constituere libeat, duorum alterũ faciendum fuerit, aut tanto nimirum intervallo à fronte eos sejungere, quo repulsis tantum spatii superet, ut pedites tuos declinare commodè possint, ne illis quoquo modo impedimento sint, aut peditatum tuum tam amplis intervallis componere, quo absque læsione ordinũ equites in se recipere queant. Neq; verò hæc monuisse quisquam superfluum duxerit, siquidem permulti, quòd hæc minùs curarent, exitium sibi accelerârunt, atq; suorum ordines ipsi turbârunt. Quoad currus turbamque inermem, ea intra exercitum recipiuntur, atque sic disponuntur, ut nihilominùs via iis pateat, qui ab uno latere in aliud, vel à fronte post exercitum se recipere cupiũt. Atque omnes hæ quidem cohortes, præter tormenta quaqua versum spatium ducentorum octoginta ulnarum complectuntur. postquam verò hæc acies quadrata ex duabus legionibus composita est, operæpretium fuerit monere quænam pars unam alteramque legionem conficiat. atque adeò, cùm legio quævis numero suo dignoscatur, earum etiã quæque decem cohortibus (uti omnia bene me-

ministis) constet, suumque ducem habeat, ego quidem primæ legionis quinque priores cohortes in fronte, quinque verò posteriores ad latus sinistrum componerem, Duce eorum ad angulum lævum frontis constituto. Secundæ porrò legionis priores quinque cohortes latus agminis dextrum mihi occuparent, posteriores quinq; agmen à tergo clauderent, Duce horum qui vices tergiductoris ageret, ad angulum dextrum collocato. Exercitum sic dispositum movere, atque interproficiscendum eosdem planè ordines diligentissimè servare curato, id si feceris, ab omni insult u turbæ agrestis facilè immunis eris. Neque sanè Duci ad istiusmodi tumultuarias adgressiones aliud curandum venit, quàm cùm visum fuerit, quosdam equitum aut auxiliariorum in hos emittere, quorum alacritate turba ista reprimatur, nunquam etenim occurret, ut istud hominum genus hastarum vel gladiorum coruscationes ferre sustineat, imbellis etenim atque non ordinata turba ab iis qui in ordines compositi sunt, sibi metuere solet, neque unquam propiùs manus tecum conserere audebit, licèt clamore & boatu (non secus ac catelli molossos allatrare consueverunt) egregiè se munere suo defunctos esse strenueque pugnasse videri velint. Hannibalem sanè cõstat, in Romanos per universam Galliam pergentem, Gallorum insultus atque clamo-

lippo Macedoniæ Regi, Persei patri, cum Romanis bellandum esset, castra quidem sua in montem altissimum metatus est, ne prælii discrimini summam committeret, at Romani montem occupârunt, eumque vicerunt. Vercingentorix Gallorum Dux, ne cum Cęsare, qui flumen præter exspectationem trajecerat, sibi pugnandum esset, multa miliaria se intra regionem recepit. Nostro quidem sæculo, si Venetis prælium cum Gallorum Rege committere minùs tutum visum fuisset, exercitum sanè Gallorum flumen Addam trajicientem ibi operiri nunquam debuissent, sed sese maturè, cum Vercingentorige, inde subducere, cùm verò id otiosi spectassent, non modò occasionem dum illi in trajiciendo occupati essent ad pugnam occupare, sed etiam prælium ampliùs evitare non potuerunt, Galli etenim ipsorum castris jam viciniores, Venetos discedentes assecuti, in ipsos irruperunt, eosq; in fugam conjecerunt: unde sanè videre licet, si omnimodo prælio decertare hosti constitutũ sit, id declinari nulla ratione posse: neque his exemplum Fabii opponi queat, siquidem prælium tam ipse quàm Hannibal pariter declinabant. Occurrit porrò sæpiùs, ut milites tui ad prælium paratissimi sint, tibi verò vel numeri, vel situs, vel alia ratione pugnare, minus commodum videatur, eosque sententiam mutare cupias: contrà evenire queat,

ut vel

ut vel necessitate vel occasione ad prælium rapiare, milites verò tui animi minus habeant, sed potiùs trepident, tunc quidem quoad primum illi tibi terrendi, quoad alterum verò accendendi sunt, primo sanè casu, si persuasiones locum non capiant, nihil salubrius fieri queat, quàm partem eorum hostili prædæ exponere, quo tam illi, qui pugnaverunt, quàm reliqui credere deinceps discant. Istud autem quod occasio Fabio Maximo aliquando obtulit, non difficulter arte assequi poterimus. Desiderabat Fabius (uti novistis) manus cum Hannibale conserere, idem etiam Magister equitum ardebat: at Fabio hactenus integrum non erat, prælium tentare, coactus itaque fuit, exercitum cum Magistro equitum omnia alioquin præcipitaturo dividere, & Fabius quidem in castris cum suis remansit, Minutius verò manus conseruit, at in summum periculum præcipitatus, insuper deletus fuisset, nisi Fabius maturè ipsi auxilia submisisset: quo eventu tam ipse quàm universus exercitus moniti, Fabio aures deinceps præbere didicerunt. Si verò militũ animi accendendi sint, non abs re erit, eos in hostes exacerbare, vel quod injuriis provocatos vel donis dolisq; ab hoste corruptos esse insimules, tum eo locorum exercitum disponere, quo hostẽ milites in conspectu habeant, atq; velitari quadã pugna cum ipso experiantur, si-

quidem ea quæ quotidie occurrunt, faciliùs contemnuntur: iram quoque ſimulare & oratione accommodata ignaviam ipſis exprobrare, atque ruborem excitare tum ſolum hoſtem adgreſſurũ te dicere, ſi illi te deſerere in animo habeant. Inprimis verò etiam tibi ſpectandum eſt, ſiquidem militem ad pugnam obſtinatum habere velis, ne quidquam ſuarum facultatum eum vel domum ablegare, vel alíorſum in tutum deponere, antequam bellum finitum ſit, patiare, quo ipſi manifeſtò conſtet, licèt fuga vitæ ſuæ proſpiciat, fortunis tamen nihilo plus conſultum eſſe, pro quibus tamen homines aliquãdo nõ minùs obſtinatè, quàm pro vita ipſa laborare conſueverunt. ZANOB. Dixiſti militum animos ſi ipſos alloquaris ad pugnam accendi poſſe, igitur univerſum exercitum, an præfectos ſaltem alloquendos eſſe velis? FABR. Paucis rem quandam perſuadere, aut diſſuadere, exigui laboris eſt, nam ſi verba locum minùs habeant, authoritate atq; vi imperium exequi potes, ibi verò potiſſimùm tibi deſudandum fuerit, ubi ſiniſtram quandam opinionem, & quæ vel bono publico, vel ſententiæ tuæ adverſetur, multitudini eximere cupias, neque aliis mediis quàm verbis locus, eaque omnibus exaudienda ſint, ſiquidem pariter omnes perſuadendi fuerint. Hinc ſanè operæpretium eſt, Duces in Oratoria facultate pollere, nam niſi uuiverſum exercitũ

allo-

alloqui possis, vix quidquam ex sententia tibi succedet, licèt id quidem hoc sæculo planè in desuetudinem abierit. Legatur modò vita Alexandri Magni, quoties obsecro ipsi universus exercitus pro concione exhortandus fuit? quâ sine re ipsum nunquam ultra deserta Arabiæ, atque in Indiam usque tanto cum sudore atque strage promovisset, utpote quem jam spoliis onustum ditatumque duceret: Nam sæpissimè occurrit, ut istiusmodi quædam emergant, quæ exercitui ruinam minitentur atque accersant, si Dux ipsum alloqui vel recuset vel nesciat: siquidem oratione metum adimimus, animos accendimus, obstinationem augemus, insidias detegimus, præmia pollicemur, pericula ut instent, ut devitentur, demonstramus, reprehendimus, oramus, minitamur, spem fovemus, laudamus, vituperamus: atque adeò omnia ea perficimus, quarum medio humani affectus aut reprimi aut accendi queant. Requiritur eam ob rem, ut Rex sive Respub quive novum exercitum conscribere, atque laudem venari velint, militem assuefaciant, ut Ducem orantem frequenter audiant, atq; hic ipsos aptè alloqui noverit. Magnum ad militiam priscam in officio continendam momentum erat religio, atque juramentum à militibus præstitum cùm in bellum ducerentur, nã quidquid errassent, non tantùm ea quæ ab hominibus metuenda, sed etiam quæ à Diis ira-


tis extimeſcenda eſſent, ipſis ob oculos ponebantur, quæ quidem res, præſertim ſi numina intermiſcerentur, ſæpiùs priſcorum temporũ Ducibus ad victoriam facilem viam aperuêre, atq; idem præſtarent quoque hactenus ſi religio cordi eſſet atque obſervaretur. Sertorius hac via uſus fuit, atque à cerva, quam è templo Apollinis rapuerat tanquam Deorum internuncia, victoriam ſibi polliceri militibus perſuaſit. Alii in ſomnis numen ſibi apparuiſſe, atque ad prælium exhortatum eſſe aſſeverârunt. In bello quod noſtrorum Avorum memoria Carolus ſeptimus Gallorum Rex cum Anglis geſſit, juvenculam. Gallus in cõſilium adhibuit, tanquam Dei nuntiam vulgo puellam ſeu virginem nuncupatam, eaq; exercitum ducente, victoria potitus eſt. Conſtat etiam ratio, qua hoſtem tuis contemnendum propines, ea quidem via Ageſilaus Spartanus uſus eſt, dum Perſarum nuda corpora militibus conſpicienda exhiberet, quo mollitiem eorum cernentes, minùs ſibi ab ipſis metuerent. Alii in eas anguſtias exercitum conſultò deduxerunt, ut niſi in victoria nulla ipſis ſpes ſupereſſet, quæ quidem ratio omnium præſtantiſſima eſt, qua militem tuum ad pertinaciſſimè pugnandum adigere queas, quæ pertinacia ex confidentia & amore vel erga Ducem, vel erga patriam oriri ſolet. Fidem erga Ducem conciliant armaturæ genus, ordines

optimè

optimè dispositi, recentes victoriæ atque opinio de ipsius industria concepta. Amor in patriam à natura, in Ducem verò potiùs ab ipsius virtute quàm aliis beneficiis oritur. Multa quidem sunt, quæ te cogere possint, nullum verò fortius vinculũ, quàm quo tibi aut vincendum aut pereundum animadverteris.

LIBER QUINTUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



Fabr. Demonstravi hactenus, qua ratione exercitus, qui hostem in conspectu habeat, ad prelium componendus sit. & qua industria victoriã assequamur, mentione ꝑterea eorũ facta, quæ in ipsa pugna emergere possint, atq; eò facere videri queant: ratio itaque postulare videtur, ut ad ea deveniam, quæ in disponendo exercitu facienda sint, si hostem in conspectu non habeas, verùm

verùm ne fortè ſubitò irrumpat tibi metuendum ſit, quod quidem tunc potiſſimùm occurrere ſolet, cùm per agrum inimicum vel alia ratione ſuſpectum tibi pergendum fuerit. Scire igitur vos volo, Duces Romanos utplurimum turmis aliquot equitum, tanquã ſpeculatoribus, itinera exploraſſe, quas cornu dextrum,poneq; horum militum impedimenta ſequebantur, his ſuccedebat una legio poſt ſe impedimenta agens, huic verò altera itidem cum impedimentis, demum cornu ſiniſtrum cum impedimentis & tandem equites reſidui: atque hic quidem modus eſt, quem in itinere Romani potiſſimùm obſervabant. At ſi fortè in itinere illos invadi contingeret, tum omnibus impedimentis vel ad dextram vel ad ſiniſtram, prout occaſio vel tempus locusque id requirere videbantur, ſubitò conſtitutis, ipſi quidem hoſtem quà ingrueret, excipiebant: quòd ſi etenim hoſtis ex uno latere copias adgrederetur, ipſi ſarcinas ex adverſo latere emittebant, atque altero latere hoſtem exſpectabant. Atque hic quidem modus utpote aptus & prudentiſſimè conſtitutus mihi imitatione dignus videtur, quo nimirum equitatus levis armaturæ ad itinera exploranda præmittitur, atque legionum quæque cum ſuis impedimentis altera alteram conſequitur. Poſtquam verò impedimenta duorum generum ſunt, atque alia privatorum, alia publicis uſibus

bus atque commodo universi exercitus ducuntur. publica itidem in quatuor partes tribuerem, & cuique legioni alteram conjungerem, tormentis insuper atque turba imbelli in quatuor partes distributa. idq; eo modo, quo quamque legionem æqualiter sua impedimẽta consectarentur. Cùm autem aliquando occurrere soleat. ut per agrum non modò suspectum, sed adeò inimicum pergendum sit, ut omni momento irruptionem tibi metuendam esse animadvertas, eo sanè casu forma agminis necessariò mutanda fuerit, atque ordines ita disponendi, ut neque turba agrestis neq; exercitus inimicorum te offendere, aut ulla ex parte minùs paratum occupare queat. Solebant sanè veteres, cùm id metuerent, quadrato agmine proficisci, sic enim formam istam exercitus nuncupabant; non quod omni ex latere æqualiter quadrata, sed potiùs quòd ita disposita esset, ut ex omni latere, hostem excipere posset, ea enim ratione tam ad iter quàm ad pugnam se paratos esse dicebant: neq; ego quidem illam negligendam duco, sed potiùs duas illas legiones, quas instruendas atq; disponendas exemplo mihi sumpsi, hanc ad regulam accommodabo. Quòd si itaq; per agrũ hostilem absque periculo iter facere, & omni ex parte ad irruptionem hostium paratus esse, eamq; ad rem universum exercitum in agmen quadratum priscorum more reducere velim,

con

conſtituendum mihi fuerit agmen quadratū, quod in medio ſpatium ulnarum ducentarum & duodecim quaquaverſum æqualiter occupet, idque hunc ad modum. Primò laterum unum ab altero ulnis ducentis atque duodecim diſcriminarem, atque quinque cohortes ex latere unoquoq; diſponerem, quarum ſingulæ tribus inter ſe ulnis diſtarent, adeoque cum intervallis ſuis (cuique cohorti quadraginta ulnas tribuendo) ducentas & duodecim ulnas complecterentur. Ad frontem porrò poſtremamq; agminis partem, reliquas decem cohortes quinque nimirum ex unaquaq; parte conſtituerem, idq; hac methodo, ut harum quatuor ad frontem lateris dextri ſtarent, quatuor verò aliæ latus ſiniſtrum pone clauderent, reliquarum duarum una frontem lateris ſiniſtri, altera caudam lateris dextri occuparet: poſtquam verò intervallum utriuſq; lateris ducentas & duodecim ulnas complectitur, hæ verò cohortes, quæ ſibi invicem ex latere in latum, non in longum conjunguntur, ſaltem centū triginta quatuor ulnas, computatis etiam ſpatiis occupant, apparet, inter quatuor iſtas cohortes lateris dextri, unamq; cohortem lateris ſiniſtri à fronte totius exercitus diſpoſitas, intervallum ulnarum ſeptuaginta octo abundare, quod ſimili planè ratione in poſtrema exercitus parte conſpicere licet, quanquam inter duo hæc vacua hoc interſit,

tersit, quod posterius intervallũ ad latᵘ dextrũ, anterius verò ad latus sinistrũ totius agminis ꝓtendatur. Hęc itaq; intervalla à fronte quidē velitib. ordinariis, à posteriore verò parte extraordinariis explerem, quorũ vix mille à quoquo intervallo caperentur: ꝗ si ergo spatium istud in medio agminis constitutum quaqua versum æqualiter ulnas ducentas duodecim occupare cupiã, necesse fuerit, tam illas cohortes quinq; quæ à fronte, q̃ quæ post agmē collocantur, nihil omninò illius spatii occupare, ꝗ laterib. tributũ est: eamq; ob rem requiritur, ut quinq; posteriores cohortes, frontibus suis tergũ laterũ claudant, anteriores verò humeris suis ad frontē laterum consistant, atq; hac quidē ratione ex unoquoq; latere totiᵘ exercitus spatiũ tam amplũ abũdabit, ꝗ totã cohortē in se recipere possit: postquã verò agmē hũc ad modũ constitutũ, spatia quatuor efficit, ego quidem hastatorum extraordinariorũ quatuor vexillis, unumquodq; spatiũ singulo, explerē, duo verò extraordinariorũ quæ hactenus supsunt vexilla, in ipso meditullio magni intervalli agmine quadrato, atq; in ejus frõte Ducē supremũ cũ suis stipatorib. constituerē. Quoniã verò hæ cohortes hunc ad modũ dispositę, omnes quidē eandem in partē ꝓgrediuntur, at nõ omnes eandem in partem manus conserũt, curandum est, ut dum illos disponis, latera ea ad pugnam constituas, quæ à reliquis cohortibus

tibus

tibus munita non sunt. Considerandum itaque est, quinque illas cohortes, quæ in fronte constitutæ sunt, omnes reliquas partes, fronte excepta munitas habere, eam igitur ob rem hæ conjungendæ ita sunt, ut hastæ primas occupent, quinque verò cohortes posteriores omnes ordines tectos munitosque habent, excepta postrema parte, eam igitur iterum ob rem hæ conjungendæ invicem sunt, ita ut hastati postremi sint, uti suo loco demonstratum fuit. Quinque porrò cohortes, quæ ad latus dextrum collocatæ sunt, omnia latera protecta habent, excepto latere dextro: quinque denique quæ latus sinistrum occupant, omnes partes, excepto latere sinistro, opertas gerunt: ideo dum ordines disponis, curandum est, ut hastati eo in latere, quod munitum nō sit, collocentur: quo autem decuriones tam in fronte, quàm postrema acie conspiciantur, eaque ratione cùm pugnandum fuerit, omnia exercitus membra loca quæque sua occupent, qua quidem methodo id assequi commodè possis, id suprà, cùm de cohortium ordinibus disponendis ageremus, ubertim explicatum fuit. Tormenta porrò dividerem, atque horū partem fronti ad sinistram, alteram ad dextram præfigerem: Equites levis armaturæ itinera exploranda sibi sumerent. Cataphractorum parte una latus dextrum, sinistrum altera postremi agminis quadraginta circiter ulnarum

à co-

à cohortibus intervallo clauderem. Sit enim, quantum quidem ad equites pertinet, hæc vobis universalis regula, eos in disponendo exercitu semper vel post extremam aciem, vel ad latera collocandos esse: at si tibi eos ante aciem rectà constituere libeat, duorum alterũ faciendum fuerit, aut tanto nimirum intervallo à fronte eos sejungere, quo repulsis tantum spatii superet, ut pedites tuos declinare commodè possint, ne illis quoquo modo impedimento sint, aut peditatum tuum tam amplis intervallis componere, quo absque læsione ordinũ equites in se recipere queant. Neq; verò hæc monuisse quisquam superfluum duxerit, siquidem permulti, quòd hæc minùs curarent, exitium sibi accelerârunt, atq; suorum ordines ipsi turbârunt. Quoad currus turbamque inermem, ea intra exercitum recipiuntur, atque sic disponuntur, ut nihilominùs via iis pateat, qui ab uno latere in aliud, vel à fronte post exercitum se recipere cupiũt. Atque omnes hæ quidem cohortes, præter tormenta quaqua versum spatium ducentorum octoginta ulnarum complectuntur. postquam verò hæc acies quadrata ex duabus legionibus composita est, operæpretium fuerit monere quænam pars unam alteramque legionem conficiat. atque adeò, cùm legio quævis numero suo dignoscatur, earum etiã quæque decem cohortibus (uti omnia bene me-

ministis) constet, suumque ducem habeat, ego quidem primæ legionis quinque priores cohortes in fronte, quinque verò posteriores ad latus sinistrum componerem, Duce eorum ad angulum lævum frontis constituto. Secundæ porrò legionis priores quinque cohortes latus agminis dextrum mihi occuparent, posteriores quinq; agmen à tergo clauderent, Duce horum qui vices tergiductoris ageret, ad angulum dextrum collocato. Exercitum sic dispositum movere, atque inter proficiscendum eosdem planè ordines diligentissimè servare curato, id si feceris, ab omni insult u turbæ agrestis facilè immunis eris. Neque sanè Duci ad istiusmodi tumultuarias adgressiones aliud curandum venit, quàm cùm visum fuerit, quosdam equitum aut auxiliariorum in hos emittere, quorum alacritate turba ista reprimatur, nunquam etenim occurret, ut istud hominum genus hastarum vel gladiorum coruscationes ferre sustineat, imbellis etenim atque non ordinata turba ab iis qui in ordines compositi sunt, sibi metuere solet, neque unquam propiùs manus tecum conserere audebit, licèt clamore & boatu (non secus ac catelli molossos allatrare consueverunt) egregiè se munere suo defunctos esse strenueque pugnasse videri velint. Hannibalem sanè cõstat, in Romanos per universam Galliam pergentem, Gallorum insultus atque clamo-

res

res ſemper parvi feciſſe. Requiritur porrò ut iter facientibus foſſores atque id genus homines, quibus itinera ſternantur, præſtò eſſe, atque eoſdem ab equitibus illis defendi, quorum eſt itinera explorare. Decet autem exercitum hos in ordines compoſitum duo miliaria Germanica quoquo die conficere, atq; ante occaſum ſolis caſtra & occupare & metari, ſiquidem utplurimũ exercitus quatuor iſtiuſmodi miliaria in dies conficere ſoleat. Quòd ſi igitur agmen tuum ab alio exercitu in ordines diſpoſito invadi contigerit, adgreſſio quidem illa ſubitaria eſſe nequit, exercitus ſiquidem in ordines diſpoſitus gradu non niſi militari utitur, adeò ut hinc ſatis tibi temporis ſuperſit, quo ad prælium te accingere, atque in eam vel ſimilem exercitus formam te componere poſſis, quam ſuprà copiosè explicavimus. Quòd ſi etenim à fronte hoſtis immineat, nihil potiùs tibi curandum venit, quàm ut tormenta, quæ ad latera pergunt, atque equites qui aciem poſtremam claudunt, ante frontem ſiſtantur, atque eos locos cum intervallis occupent, quos modò memoravimus: Mille priores etiam velites primos ordines relinquant, atque in duas cohortes æquales diviſi, loca ſua tam inter equites quàm inter ambo cornua capiant, vacuũ verò quòd hi reliquerint ſpatium, duo vexilla extraordinariorũ haſta-

torum repleant, quæ nimirum in ipso meditullio intervalli à me collocata fuisse meministis. Mille præterea velites quos post aciem constitui, locum illum relinquant, atque per latera agminis extendantur, eaque hac ratione muniant: per spatium verò quod ab ipsis relictum est, currus atq; inermis turba emergant, atque postremam aciem claudant. Postquam itaque locus ille intermedius, quem forum aut plateam suprà nuncupavimus, omni milite atq; impedimentis exoneratus, & cuique locus suus tributus sit, tunc quinque illæ cohortes, quas post reliquum agmen collocaveram, per intervallum istud, quo duo latera invicem distant, versus cohortes, quæ in fronte constitutæ sunt, pergant, atque earum tres quidem usque ad quadraginta ulnarum intervallum (æqualibus nimirum inter earum quamque intervallis) prioribus cohortibus accedant, reliquæ verò duæ quadraginta iterum ulnis ab his tribus sejungantur: quæ sanè forma subitò sic disponi potest, & in eam ferè dispositionem exercitus redit, quam paulò antè demonstravimus: Et licèt in fronte aliquantò plus coarctetur, per latera tamen eò latiùs distenditur, unde agmini non parū roboris accedit. Cùm autem quinque cohortes postremi agminis hastas constitutas in ultimis ordinibus habeant, ob caussas scilicet, quas antea memoravimus, necesse quidem fuerit

hasta-

haſtatos in primos ordines collocare, ſi modò eos fronti tuendæ adeſſe velis: requiritur eam ob rem, ut vel cohortes ſingulas, tanquã corpus ſolidum convertas, vel haſtatos ſubitò ordines ſcutatorum permeare atque in principiis conſiſtere jubeas, quæ quidem ratio celeriùs perficitur, & ordines minùs turbat, quàm ſi univerſam cohortem converteris: atque hunc quidem modum, etiam ad reliquas cohortes, in omni genere impreſſionis hoſtium pertinere atque ſervandum eſſe, jamjam copioſiùs demonſtrabitur. Quòd ſi etenim hoſtis in poſtrema parte exercitus compareat, primum requiritur ut unuſquiſque faciem eò convertat, ubi occiput poſitum erat, atque hoc modo ad momentum ex poſtrema parte frontem, viciſſimque ex fronte poſtremam aciem feceris: poſt omnia ea in diſponenda atque ordinanda fronte, quæ jam ſuprà recenſui, facienda erunt. Si verò latus dextrum adgrediatur, univerſus exercitus eò faciem convertat, atque ea ad amuſſim fiant, quæ de munienda fronte jam dicta ſunt, adeò quidem ut equites, velites & tormenta ad hanc frontem pari omninò modo conformentur, licèt unum hoc interſit, quod dum facies eorum, qui ex latere dextro frontem firmabant, cõvertitur, interea velitibus intervalla illa, quæ inter cornua exercitus vacãt, occupanda ſint, quo fit, ut equites omnium proximi ad latus ſiniſtrum eo mo-

do constituantur, quorum stationem desertam duo vexilla hastatorum extraordinariorum occupanda venit, at priusquam id fiat, currus atque impedimenta per apertos istos ordines se intra agmen recipiant, inermes verò per idem spatium à platea discedant, atque post latus sinistrum sese sistant, eoque modo postremam aciem ipsi constituant, reliqui autem velites, qui postremos ordines in illa dispositione principali claudebant, hoc quidem casu locum, ne ille vacuus sit, non mutent, sed hac ratione postrema acies dum erant, latus constituant: reliqua omnia eo modo disponantur, sicuti de prima fronte jam dictum est. Quidquid autem hucusque de latere dextro in frontem commutando diximus, id etiam de latere sinistro, si id frontem facere debeat, siquidem par utriusque ratio est, dictum putatote. Si verò hostis copiis abundet, eoque ex duabus partibus globatus immineat, tum quidem illa duo latera, quæ hostis adgrediendà sumpsit, reliquis duobus lateribus, quæ ab hoste immunes sunt, firmari atque muniri necesse est, idque ordines cujusque lateris duplicando, tum etiam tormenta, velites, equitesque cuique lateri æqualiter tribuendo. Si denique tribus vel etiam quatuor partibus in te irrumpat, eo sanè casu facilè colligi queat, aut te aut ipsum consilio destitui: nam si prudenter rebus tuis prospexeris, nunquam

quam in eas angustias te præcipitabis, unde hostis ex tribus vel quatuor partib. copiis cōglobatis atq; in ordines dispositis te adgredi possit: nā si te absq; discrimine adgredi cupiat, necesse est, ut tam ingentem militum numerū habeat, quorum unumquodq; agmen universum tuum exercitū ferè æquet: quòd si igitur adeò imprudenter tibi consulas, ut tuū exercitum eò præcipites, ubi hostiū vires tuas triplo excedant, sanè si quid sinistri inde tibi acciderit, in neminem præter teipsum culpam conferre possis, at si nō tua culpa, sed adverso quodam fato succumbas, jactura illa vituperatione carebit, sicuti Scipionibus in Hispania, Hasdrubali quoq; in Italia obtigit. At si hostis militum numero te non longo intervallo antecedat, at nihilominùs ordines tuos undiquaque irruendo turbare conetur, stultitia ista tibi magnam utilitatem parare queat, siquidem necesse fuerit, ut ordinibus tam raris atque extenuatis te adgrediatur, quo alteram partem profligare, alteram facilè sustinere, atque ea ratione brevi illum delere possis. Atq, hęc quidem ratio disponendorum agminum, contra hostem, qui non appareat, attamen metuatur, non parum necessaria est, valde siquidem conducit milites tuos assuefacere, ut sese conjungere, atque sic dispositi pergere, porrò inter proficiscendum sese ita componere, ac si à prima fronte hostis ipsis ex-

cipiendus esset, tum iterum se in eam formam, quę proficiscentibus convenit, restituere, mox ex postremo agmine, tum etiam ex lateribus frontem facere, atque tandem in pristinā formam redire norint, omnia siquidem isthęc exercitia omninò necessaria sunt, modò ex milite probè instituto atque strenuo laudem venari cupias, quod quidem principibus atq; Ducibus spectari solet. Neq; etenim ars militaris in alio consistit, quàm in hisce rebus tam imperando quàm exequendo pollere: neq; exercitus probè institutus aliud est, quàm cui hi ordines probè noti sunt: affirmare siquidem ausim, si quem hoc sæculo hanc disciplinam accuratè sequi contingeret, illum vinci nusquam posse. Licèt autem hanc formam quadratam aliquid difficultatis habere fatear, ea tamen summoperè exercitui necessaria est: nā si hanc milites probè assecuti, atque in hac firmi consistere assuefacti fuerint, ii postmodum ordines, qui tanta difficultate carent, eò faciliùs tuebuntur. ZANOB. facilè equidem crediderim dispositionem istam ordinum, de qua disseruisti, summè necessariam esse, neque est quod ego quidem hìc vel desiderare vel addere queam: interim tamen duo à te edoceri prętereà cupio, unum, si postremos ordines aut etiam latera in frontem mutare, atque milites se convertere velis, num id voce, an verò sonitu quodam, imperandum censeas, alterū, num

illi,

illi, quos ad complanandas vias exercitum antevertere debere constituisti, ex ipsis militibus, an verò ex turba ad bellum inutili desumendi sint. Fabr. Prima quidem quæstio cõtemnenda minimè est, siquidem constat non rarò evenisse, ut vox Ducis vel non audita, vel malè intellecta exercitui interitum attulerit, eam ob rem voces, quibus in discrimine monemus, claras atque articulatas esse necesse est. Quòd si ergo quodam sonitu id perficere cupias, necesse erit tantam inter sonorum genera constitui differentiam, ne proclive sit alterum pro altero interpretari, quòd si autem voce id conêre, cavendum fuerit ut voces generales vitentur, atque particulares rebusque ipsis accommodatæ usurpentur, præsertim istiusmodi vocabula diligentissimè fugiantur, quæ in sinistram partem arripi queant: Sæpiùs etenim accidisse constat, ut vox hæc generalis retrorsum, retrorsum, exercitui ruinam maturaverit, vox itaque hæc fugiatur, atque in ejus vicem alia particularior usurpetur. Eadem ratione, si fortè aciem convertere, atque latera vel postremum agmen in frontem commutare velis, nunquam voce illa, convertite vos, sed alia, ut sunt ad sinistram, ad dextram, ad tergum, ad frontem, &c. utaris: atque adeò omnes voces sint simplices & expressæ, ut sunt premite, consistite fortiter, pergite, revertimini, nec quidquam quod quidem vo-

ce exprimi queat, aliter quàm voce imperetur, reliqua classico peragantur. Quantum verò ad illos pertinet, quorũ officii est vias stravisse, quod secúndo loco ex me quærere tibi libuit, ego quidem id muneris ipsis militibus injungerem, tam quod idem priscis receptum fuerit, quàm quod ea ratione minus impedimentorum nec turba inermis castris molesta futura sit, cui quidem rei unaquæq; cohors eum militum numerum, quem necessitas postulare videretur, suppeditaret, atq; eorum esset ligonibus & id genus instrumentis remadgredi, interim verò arma sua apud proximos ordines deponere, atq; cõmilitones iis onerare, quo hoste ingruẽte ea inde repetere, atq; se in ordines suos confestim recipere possint. ZANOB. Unde verò instrumenta illa peteres? FAB. Ex currib. ad eã rem cõductis. ZANOB. Metuo ne frustrà labores, ꝙ militem nostrũ ad ligones revocare coneris. FABR. Omnia hæc suo loco explicabuntur, nunc his omissis, de ratione victus quam milites sequi debeant, differemus, æquum siquidem esse videtur, postquam illos jam satis superq; defatigavimus, ut tandẽ cibo potuq; refocillari atq; restaurari curemus. Scire itaq; vos convenit, incumbere illi qui exercitum ducit, ut illum quantũ quidem ejus fieri possit, quàm expeditissimum habeat, eamq; ob rem omnibus iis militi interdicat, quæ ipsi vel oneri esse, vel conatus suos retardare possint.

Inter

Inter ea verò quæ hoc sæculo summopere impedimento esse solent, non immeritò panis vinumq; recensentur, quibus exercitui ꝓspicere necesse est. Veteres quidem vinum omninò negligebant, atq; aquam cui ad saporé excitandum parum aceti admistum erat, bibebant, eā ob rem inter ea, quæ ad victū exercitui parata erant, acetum quidem, sed vinum nusquā exhibebatur: panem preterea in clibanis non coquebant, sicuti in civitatib. receptum est, sed farinam militibus suppeditabant, addito lardo atq; sumine, quib. panem condiebant. eoq; vires fovebant, adeò ut omnis annona in farina, lardo, aceto atq; sumine consisteret. Omnis generis armenta gregesq; preterea post exercitum agebant, quod hac ratione minori impedimento essent, quàm si mactata caro conducenda esset. Hac itaq; dispositione freti, sæpiùs deserta incultaq; loca permeare universo exercitu adgresi sunt veteres eaq; nō adeò difficulter peragrârunt, quòd annona istiusmodi ipsis præstò esset, quæ facilè castra sequeretur. Contrarium sanè nostris accidere cernimus, hi siquidem tam vino carere nescii quàm panibus inhiantes, quibus domi assuefacti sunt, neque interim eorum copiam quovis locorum adipiscentes, fame sæpiùs enecantur, aut si aliquando panes habere contingat, eorum subministratio maximo dispendio atq; incōmodo te fatigat. Eam ob rem exercitū quidem

ad an-

ad antiquam illam victus rationem reducerem, neq; alio pane milites, quàm quem ipsimet pararent, vesci concederem, at vinũ quidem bibere, conducique non denegarem, verùm nullos vel sumptus vel labores, ut id semper in promptu sit, impenderem, in reliquis rebus huc pertinentibus omnibus ad morem priscum me regerem: Atque hæc quidem si diligentiùs perpendere volueritis, non ægrè deprehendetis, quanta solicitudine, difficultate, atque molestia tam Duci quàm militibus hac via carere liceat, quantæ verò opportunitates atque commoda vicissim hinc emergere possint. ZANOB. Vicimus hactenus hostem justa acie, per regionem ipsius iter fecimus, nunc res postulare videtur, ut prædæ tandem exponatur, urbes occupentur, atque captivi in servitutem abducantur, scire itaq; velim, ut veteres hæc adgressi fuerint? FABR. Cupio etiam hac in parte tibi satisfacere. Arbitror exploratũ vobis esse (memini etenim me aliquando hac de re cum aliquo vestrûm contulisse) quam ob rem bellis hujus sæculi plerique, tam eorum qui vincunt, quàm qui vincuntur, ad inopiam redigantur: siquidem si hic provinciis spolietur, alter opibus exuitur, quod quidem antiquitus longè aliter erat, atque victori semper aliquid opum & divitiarũ accedebat. Hoc verò inde est, quòd prędę apud nos, non ea quæ apud veteres, ratio habeatur,

sed

ſed ea omnibus militibus cedat. Hinc autem duo incommoda enaſci ſolent graviſſima, unũ nimirum in eo, quod modò dictum eſt, conſiſtit, alterum, quòd inde miles prædam potiùs, quàm ordines ſuos diſciplinamque militarem ſpectare diſcat: multa ſiquidem exempla in promptu ſunt, ubi prædæ cupiditate victores qui jam erant, victoriâ excidêre. Romani verò tanquam authores hujus diſciplinæ, utrique incommodo ſatis prudenter proſpexerũt, voluerunt ſiquidem omnem prædam in ærarium deferri, atque inde eam prout viſum erat, diſtribui, eam ob rem quæſtores ſuos in exercitu habebant, penes quos præda omnis atq; ſubſidia deponenda erant, inde conſul eam, tam militum ſtipendiis, quàm ęgris, ſauciis, aliisq; egentibus elargiebatur. Licebat quidem conſuli militibus prædæ quædam exponere, idque aliquando factum conſtat, verùm id omni incommodo atque periculo carebat, ſiquidem profligato hoſte præda omnis in unum congerebatur, atque viritim prout quiſque meritus eſſet, inde diſtribuebatur, quæ quidem res milites accendebat, ut pro victoria potiùs quàm præda pugnarent: Et legiones quidem Romanæ vincebant, hoſtem verò non perſequebantur, ſiquidem ordines ſuos nunquam negligebant: equites etenim cum reliquo milite leviter armato, & ſi quid præter legionarios adeſſet, id ſibi ſumebant. Quòd ſi autem præ-

da eo-

da eorum fuiſſet, qui eam occupaſſent, ſanè nec æquum fuiſſet, neque etiam fieri potuiſſet legiones intra limites ſuos continere, unde tamen ſummum diſcrimen aliquando metuendum fuiſſet. Hinc verò opes illæ publico accreſcebant, quas conſules dum triumphos agerent, in ærarium conferebant. Aliud præterea non minùs prudenter ab ipſis obſervatum fuit, quòd tertiam nimirum partem ſtipendiorum, apud ſigniferum ſuum quemque militem deponere curabant, unde eam niſi bello ad exitum deducto repetere fas non erat: ad hoc verò duabus rationibus movebantur, prior ut milites ex ſtipendiis peculium adquirerent, quòd nimirum major militum pars ætatis ratione res ſuas minùs curet, & quantò plus habet, eò plus profligare ſoleat: Altera, ut dum peculium ſuum apud ſigna eſſe cogitarent, eò majore animo certarent, ſignaque defendenda ſibi ſumerent, adeò ut una hæc res milites tam peculio quàm animo augeret: eamque ob rem etiam nobis imitanda ſit, ſi modò militiam priſtinæ integritati reſtituere velimus. ZANOB. Arbitror equidem vix fieri poſſe, quin multa pericula exercitum, cui ab uno in alium locum proficiſcendum ſit, exſpectent, eaque niſi ſumma vigilantia Ducis, militumque valore devitari vix poſſe, rem itaque mihi gratiſſimam feceris, ſi iſtiuſmodi quædam quæ aliquando occurrere

ſolent,

ſolent, nobis enarraveris. Fabr. Id equidem faciam lubens, præſertim quod etiam hæc pars neceſſaria ſit, ſi hæc exercitia perfectioni ſuæ reſtituere cupiamus. Ante omnia duci exercitum ducenti inſidiæ cavendæ ſunt, in quas duobus modis incidere ſolemus; aut enim ipſimet nos in illas præcipitamus, aut hoſtis calliditate eò pellicimur. Primum ſi vitare cupias, duplicatis turmis itinera tibi exploranda, eoque major cura ea in re tibi adhibenda erit, quantò provincia illa inſidiis oportunior fuerit, monteſque aut ſylvæ viam illis aperiant, ſiquidem inſidiæ ſemper aut in ſylvas aut poſt colles diſponi ſolent: ſicut autem illæ, ſi exploratores, quos præmittere ſolemus, lateant, exitio ſunt, ita detectæ offendere nequeunt. Accidiſſe ſanè non raro conſtat, ut inſidiæ vel ab avibus, vel à pulvere proderentur, ſiquidem fieri nequit, quin hoſtis ad te pergens pulverem excitet maximum, unde quidem ipſius adventum ſuſpicari poſſis. Sic Duces inſidias ominatos eſſe aliquoties compertum eſt, quòd inde, quâ ipſis pergendum fuerat, palumbas aliáſve aves, quæ gregatim volare ſolent, emigrare, attamen nec avolare, nec redire, ſed per gyros eandem ſemper partem peragere conſpexerant, indeque exploratoribus miſſis inſidias non ſaltem declinaſſe, ſed hoſti cladem, quam ille molitus fuerat, intuliſſe. Alterum

quod

quod attinet, vigilandum tibi fuerit, ne facilè iis rebus fidem adhibeas, quæ sic se verè habere, rationi consentanea non sunt, verbi gratia, si hostis prædam tibi exponat, existimandum tibi erit, escam eam esse, qua irretiare atque in insidias pertrahare. Præterea si multi hostium paucos tuorum fugiunt, si pauci hostiũ multos tuorum adgrediuntur, si hostes præter rationem subitò in fugam se conjiciunt, istis casibus insidiæ tibi semper metuendæ sunt, neque unquam credideris, hostem sibi minùs cõstare, aut rebus suis non aptè prospicere, sed potiùs illum te decipere velle, & eo magis periculum declinaturum esse, quantò debilior fuerit, atque adeò quò minùs cautum se præbuerit, eò magis tibi æstimandum cavendumque fore: atque hoc quidem casu diversa ratione tibi agendum fuerit, studio etenim, vigilantia, atque in disponendis accuratè rebus omnibus sic te habeas, ut existimes illum meritò timendum tibi esse, licèt econtrà verbis aliisque non magni momenti modis, illum nihili facere videaris, hac namque posteriore via militibus, ut de victoria benè sperent, animos addimus, priore verò cautiores; insidiisque minùs expositi existimus. Monendi autẽ estis, multò majore in discrimine exercitum versari, si per agrum hostilem iter faciendum, quàm cum prælio decertandum sit, eam ob rem Duci, dum iter facit, eò accuratiùs vigilandum

ndum atque omnia probè excutienda sunt, inprimis universam regionem, per quam ipsi pergendum est, descriptam atque expressam habeat, adeò ut locorum numerum distantias, vias, montes, flumina, paludes, atque horũ situm, cum omnibus quæ eò spectant aptè noverit, atq; ad ea accuratè pervestiganda istiusmodi homines penes se habeat, quib. ista optimè perspecta sint, quos sedulò interrogandos atque excutiendos sibi esse sciat, atque ubi inter se convenerint, omnia consignanda, tum equites atque una ducum aliquot industrios emittendos, non tam ad hostem, quàm ad regionem explorandam, quo ipsi dignoscere nimirum certò liceat, an omnia sibi invicem respondeant. Exploratores quoque & itinerum duces bene stipatos munitosque, & tam pollicitationibus onustos quàm pœnæ metu terrefactos ad iter emittat Inprimis autem curet, ne ulla ratione animi sui sensa exercitus subodoretur, nihil enim in bello utile adeò est, quàm ea, quæ conari velis, quàm studiosissimè occultare: Contraria verò ratione, ne fortè hostis improvisus irruptione sua milites tuos turbet, ipsi crebrò monendi erunt, ut hostem adventantem parati instructiq; in horas exspectent, tela enim prævisa minùs nocere solent. Non defuere, qui confusionibus in itinere devitandis, currus suos turbamq; inermem sub signa distribuerent, quo sive in iti-

nere ſtandum, ſive pes referendus eſſet, ipſis in tuto eſſe liceret, quam rem utpote non inutilem, improbare nolim. Præterea in itinere etiam curandum venit, ne altera pars exercitus ab altera ſeparetur, aut ne dum altera gradu concitatiore, altera lento progreditur, agmen nimirum extenuetur, utrumque etenim diſcrimine non caret, eam ob rem præfecti cum decurionibus ad latera componendi ſunt, quo gradum ſolicitè & æqualiter moderentur, atque tam alacriores eum ſuſpendere, quàm tardiores concitare invitent, quod quidem nulla re aptius quàm claſſici modo aſſequi poſſumus. Itinera etiam amplificanda ſunt, atq; eouſque ad minimum dilatanda, ut legioni in ordines diſtributæ locus ſuperſit. Mores præterea atque conſuetudo inimici conſiderentur, an diluculo nimirum, aut ſub meridiem, aut ſub crepuſculum tibi exſpectandus ſit, num pedite, an verò equite valeat, inde ex re nata tibi proſpiciendum. Verùm ad exempla deveniamus. Accidere ſolet aliquando, dum hoſti te imparem eſſe animadvertis, adeoq; ne prælio decernendum ſit, maturè te ſubducis, ut flumen tibi trajiciendum occurrat, atq; id dum agis, hoſtis tibi à tergo immineat, pugnamq; detrectare vix poſſis: reperti tamen quidã fuêre, qui hiſce anguſtiis circũventi, foſſam poſt ſe ducerent, eã palea ligniſq; reple-

replerent atq; ignem injicerent, hosteq; ea ratione retardato flumen trajicerent? Zanob. Vix adduci quidem possim, ut credam ejusmodi ignem hostem morari posse, presertim quòd meminerim, Hannonem, Carthaginensium Ducem ab hostib. circumventū, ea parte, qua eruptionem meditabatur, ignem duxisse, atq; dum hostes eam ob rem latus istud minus curarent, cum exercitu suo ea parte erupisse, scutis ad faciem prætensis ne flammâ fumóve milites offenderentur. Fabr. Rectè quidem loqueris, verum consideres velim diligentiùs id quod ego adduxi, atque ea quæ Hannonem fecisse monuisti, siquidem hos fossam duxisse, eamque stupa lignisq; replesse, atq; his ignem indidisse dixi, adeò ut insequentibus tam fossa quàm ignis superanda essent: Hanno verò igne absq; fossa usus fuit, nec arbitrari fas est, postquam hunc transilire in animo habuerat, cum in hoc fovendo nimium fuisse, utpote quem etiā citra fossam exitiosum experturus fuisset. An ignoratis Nabidem Lacedæmonium, cum Sparta à Romanis obsideretur, aliquam suorum prędiorū partem incendi curasse, quo Romani, qui ea jam ex parte occupaverant, inde arcerentur, atque ea via non saltem ipsos arcuisse, sed etiam ejecisse? Sed ad rem redeamus. Cùm Quintum Luctatium Romanorum Ducem Cimbri insequerentur,

ipsique flumen trajiciendum esset, quòd id per hostes tutius liceret, pugnam se non detrectare simulavit, eamque ob rem tanquam castra metaturus fossas ducere, tentoria figere, atq; equites quosdam prædatum exire jussit: quod quidem Cimbris facilè imposuit, ut etiam ipsi castra metarentur, divisique in plures turmas alimentis ꝓspicerent, quare à Luctatio anim adversa, ipse flumen trajecit, nec ab hoste impediri ampliùs potuit. Alii quibus flumē trajiciendum erat, pontesque deessent, novo alveo ducto flumen alio derivârunt, ut parte post se præterlabente, id quod restabat, eo tutiùs trajiceretur. Si torrentem rapidum & verticosum trajicere, interim tamen peditum securitati prospicere velis, tum equorum robustiorum agmen superiorem partem fluminis occupet, atque aquæ impetum ea ratione aliquantum frangat, altera pars equitum inferiorem ripam transeat, atque militibus si vorticibus aliqui hauriantur, auxilio sit. Pontibus etiam flumina, tum navibus, atque utribus transeuntur, ideoque ea, quæ hisce rebus usui esse queant in parato habere, prudentis fuerit. Sæpe etiā occurrit, ut flumina transire parantibus, hostis adversa ripa obsistat, huic obstaculo avertendo, salubrius nihil occurrit, quàm quod Cæsarem fecisse legimus, hic etenim cùm in Galliis flumen trajicere pararet, cujus ripam ulteriorem Vercingentorix insederat

derat aliquot dies juxta flumen exercitum duxit, quem hostes ex adversa ripa sedulò sequebantur, tandem in loco sylvoso & insidiis idoneo castrametatus, ex omni legione tres cohortes deprompsit, atque his ibi consistere, tũ quamprimùm discessisset, pontem fabricare & munire jussis, ipse cum legionibus ultrà perrexit: Vercingentorix itaque numerum legionum integrum contuitus, nihil de cohortibus istis suspicatus, etiam ipse ex adverso exercitum duxit: Cæsar tandem cùm pontem perfectum novisset, subitò regressus absque impedimento flumen trajecit. Zanob. Num regulam nobis suppeditare possis, qua vada ubivis fluminum cognoscere queamus? Fabr. Possum: flumina siquidem ea in parte, quæ inter aquam stagnantem, & eam quæ labitur, & aspicientibus limum ducere videtur, interest, semper minùs profunda esse solent, eamq; ob rem ibi commodiùs quàm alibi vadantur: siquidem eo loci flumen eam materiam quam secum ducit, exaggerare solet, quod usu sæpiùs comprobatum, verissimum est. Zanob. Quid si vadum exesum adeò sit, ut equites eo hauriantur, quid tum remedii attuleris? Fab. Crates ligneæ fabricandæ, mergendæ, atq; per illas trajiciendum est, sed materiam nostram prosequamur. Si fortè Dux exercitum suum inter montes præcipitaverit nec alia via quàm aut pergendo, aut referendo pedem inde emer-

gere possit, atque aditus quidem ab hoste undique insessi sint, tum eò confugiendum ipsi fuerit, quod aliquando cuidam non inutiliter factitatum meminimus, qui fossam nimirum post se duxerat amplissimam, & quæ difficulter perrumpi posset: qua quidẽ re hosti suspicionem injecit, conatu isto nihil aliud quæri, quàm ut ea parte tutus ab impressione esset ab altera verò parte omnibus viribus erumpere possit, eam ob rem, neglecta illa parte, omnes copias in alteram partem hostes conjunxerũt, atque eruptionem exspectârunt: interim ille ponte ad eam rem parato fossam trajecit, manusq; hostium absq; detrimento evasit; Quintus Minutius Consul Romanus in Liguria cum exercitu universo ab hostibus intra montes inclusus, atq; circumseptus undiq; adeò fuerat, ut exitus nulla parte pateret; Numidas igitur aliquot malè armatos & equis macilentis contemnendisq; insidentes eam in partem, quæ ab hoste defenderetur, pergere jussit, quibus conspectis hostes copias conjunxerunt, quo exitum his præcluderent, verùm eorum habitu neglecto, equorumq; macilẽtia animadversa, contemptis illis exitum negligentibus custodiverunt, Numidæ igitur id quod quærebant adepti, concitato cursu improvidos dissipârunt, atq; viã sibi ipsis aperuerunt, agrumq; hostium vastando id effecerunt, ut ii ad sua defendenda properarent, atque Lucio

exitum

exitum aperirent. Quidam Ducum ingenti multitudine se oppressum iri animadvertens, agmen suum ita conglobavit, ut circumveniendi occasionem hosti sponte præberet, inde ea parte, quam minùs munitam conspexerat perrumpens, viam sibi ad salutem aperuit. Animadverterat M Antonius, dum is Parthorum exercitũ cedendo declinaret, solere Parthos singulo mane dum exercitum moveret ipsum adgredi, atq; inter pergendum continuis exercitum impressionibus fatigare, eam ob rem commodè sibi prospectum fore constituit, si non ante meridiem moveret, Parthi igitur suspicati ipsum eâ die non moturum, ad castra sua regresi sunt, atque ita Antonio locum concesserunt, quo reliquam diei partem tutus iter suum perageret. Idem quo sagittas Parthorum evitaret, mandavit militibus, ut in genua sese reciperent, atq; secundus ordo primorum capita scutis suis obtegeret, idem tertius secundo, quartus tertio, ac sic deinceps cæteri invicem præstarent, adeò ut universus exercitus tanquam sub tecto militaret atque protegeretur. Atq; hæc quidem sunt, quæ exercitui dum iter facit, occurrere mihi in mentem venêre, nisi itaque sit, quod à me ultrà expectetis, ad aliam sermonis partem me accingam.

LIBER SEXTUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



ZANOBIUS. Non abs re fuerit meo quidem judicio, postquam aliam sermonis partem exspectamus, ut Baptista munere suo fungatur, atque ego meo decedam, ea quidem in re bonos Duces imitaturi, qui optimos milites, ut à Domino Fabritio modò intelleximus, tam ad frontem, quàm in postrema acie collocare solent, operæpretium se facturos arbitrati, si tam in fronte sint qui animosè pugnam adgrediantur, quàm post principia ii, qui eam fortiter sustineant. Cùm itaq; Cosmus prudenter hanc dissertationem adgressus fuerit, Baptista non minùs prudenter eam claudat Ego quidem unà cum Ludovico interea eam aliquantum sustinuimus, nec dubitamus sicuti lubenti animo nostras partes peregimus, ita nec Baptistam suas detrectaturum. BAP. siquidem hactenus duci me passus

sum,

ſum, ita deinceps vobis obtemperare conabor. Pergat itaque D. Fabritius, atque ſe hiſce ſermonibus interrumpi, æquo animo patiatur. Fabr. Imò, ut dixi, gratiſſimi mihi ſunt, ſiquidem memoriam meam potiùs recreent, quàm ut illam quidquam turbent. Ergo convenit, ſi materiam noſtram abſolvere velimus, ut tandem exercitum hunc noſtrum, in caſtra deducamus, ſiquidem omnia ut noſtis, quiete atque tutela ſua indigent, nam quieſcere quidem, ſed minùs tutò quieſcere, perfecta quies vocari nequit. Suſpicor equidem, magis conſentaneum vobis videri, in caſtra illum prius deduxiſſe poſtea ad iter moviſſe, atq; poſtremò in aciem demum produxiſſe, cùm nos contrariam viam ſecuti fuerimus, verùm id neceſſitati tribuendum eſt; nam ſi demonſtrandũ ſit, qua ratione exercitus in ipſo itinere, ex forma illa, quæ itineri convenit, in formam quæ prælio apta eſt, abire poſſit, ſanè priùs edocendum fuerit, qua ratione ad prælium diſponatur. Ut ergò ad rem redeamus, ſi caſtra tuta eſſe velimus, ea tam munire quàm ordine diſponere neceſſe eſt: in ordinem quidem induſtria Ducis rediguntur, muniuntur verò vel ſitu vel arte. Græci ſanè ſitum munitum quærebant, neque unquam loca inſedebant, cui vel ſpecus, vel ripæ, vel arborũ multitudo, aut aliud quidpiam natura ipſa defenſioni aptũ deeſſet: Romani verò non tam ſitu quàm arte caſtra

muniebant, neq; unquam ibi metabantur, ubi omnem exercitum minùs commodè recipere possent. Inde licebat Romanis semper eandem castrorum formam sequi, siquidem ipsi situm sibi obedire, nõ ad situm ipsi se accommodare malebant, quod Græcis minùs succedebat: Nã dum illi situm sequi necesse haberent, situs autem rarò ejusdem semper formæ esse soleãt, necessariò etiã ipsis forma castrorum varianda & mutanda fuit. Romani igitur quod loco ad munitionem deesset, id arte & industria restituebant: atque ego quidem, quod in reliquis partibus hos imitandos proposuerim, etiam hac in re ab illorum more discedere nolim, nõ quòd ab ipsis recepta imitãda censeam omnia, sed potiùs ea eligendo, quæ hisce temporibus convenire videri queant. Dictũ igitur jam sæpiùs meministis, Romanos exercitum consularem ex duabus legionibus civium Romanorum constituisse, quorum numerus ad quadraginta mille pedites, & sexcentos equites circiter ascendebat, præter hos undecim millia peditum ab amicis auxilio submissa, ipsis adfuisse, neque unquam in exercitum suum, majorem exterorum numerum, quàm suorum civium recepisse, nisi quod in equite id minùs spectarent, atque horum numerum legionarios anteire non ægrè ferrent: præterea ipsos in omni expeditione legiones in medium collocasse, auxiliarios verò ad latera constituisse,

tuisse, idque etiam in ipsa castrametatione observasse, quod quidem ipsimet ab iis, qui res eorum gestas descripserunt, haurire potuistis. Eam ob rem non opus fuerit ad amussim examinare, qua ratione castrametari soliti fuerint, sed suffecerit ea exponere, quæ nostris castrametationibus cõvenire existimem, unde vobis dignoscere licebit, quid à Romanis huc mutuatus fuerim. Meministis qua ratione loco legionum duarum Romanarum, duo itidem agmina, peditum nimirum sex millium atq; equitum trecentorum utilium constituerim, tum quas in cohortes, armorum genera & nomina ea distinxerim: nostis præterea dum agmina ista tam ad iter quàm ad prælium in ordines disponerentur, me nullam aliorum militum mentionem fecisse, sed saltem demonstrasse, si duplicare eos requiratur, nihil aliud agendum, quàm ordines duplicandos esse. Nunc verò cùm de castrorum metatione verba nobis facienda sint, operæpretium me facturum arbitror, si non solùm duas legiones, sed justum exercitum, qui ad morem Romanorum duabus legionibus, totidemque auxiliariis constet, iis comprehendam, cum eorum forma perfectiùs adumbrari queat, si justum perfectumq; exercitum in ea distribuamus, quod quidem in reliquis demonstrationibus mihi non adeò necessarium videbatur. Jam si igitur justum

exercitum, qui viginti quatuor millibus peditum & duobus equitum millibus constet, in castra tribuere velim, quorum duæ legiones è subditis, duæ verò ex exteris conscriptæ sint, hunc quidem modum mihi observandum esse ducerem. Cùm ad locum castris idoneum perventum foret, primum omnium signum supremum erigerem, idque forma quadrata, quæ quaquaversum quinquaginta ulnas inde abscederet, circumscriberem, cujus quidem latera quatuor cœli plagas, orientem, occidentem, meridiem & septentrionem spectarent, atque hoc spatio Ducem supremum exciperem. Postquam autem non immeritò inermes ab armatis discriminantur, idq; magnam partem Romanos fecisse constet, ego quidem expeditos ab impeditis sejungerem. Ergo armatos omnes vel saltem majorem ipsorum partem ad latus orientale locarem, inermes verò atque expeditos versus occasum constituerem, adeò ut castrorum frons orientem, posterior pars occidentem spectet, latera verò meridiem atq; septentrionem contuerentur. Armatorū verò mansionibus distinguendis hæc mihi ratio foret. Ducerem lineam à signo supremo versus Orientem, longam ulnas sexcentas octoginta, postea duas alias lineas eiusdem longitudinis ab utroque primæ lineæ latere itidem versus Orientem depingerem, quarum unaquæque ulnas quindecim ab ea

distet:

D

distet: atque in extrema quidem mediæ lineæ parte portam Orientalem constituerem, adeò ut spatium istud, quod duabus extremis lineis comprehenditur, viam quæ à porta Orientali ad Ducem duceret, complecteretur, atque ea via triginta ulnas lata, sexcentas verò & triginta longa: quinquaginta siquidem ulnas Ducis mansio occupat, Regia seu suprema nũcuparetur. A porta deinde Meridionali ad portam Septentrionalem alia via vergeret, eaque Regiam juxta ejus initium, ad mansionem nimirum Ducis versus Orientem secaret, longa ulnas mille ducentas quinquaginta (totam etenim ea latitudinem castrorum amplecteretur) lata itidem triginta, atque via crucis vocaretur. Mansione ergo Ducis, duabusq; his plateis descriptis, ad mansiones duarum legionum, quæ è subditis constant, deveniendũ est, quarum quidem unam ad dextram viæ Regiæ, alteram verò ad ejus sinistram locarem, ea nimirum ratione, ut via Regia relicta triginta duæ mansiones ad viæ Regiæ sinistrã totidem etiam ad ejus dextram consisterent, ita tamen, ut inter decimam sextam decimamque septimam mansionem alia via triginta ulnas itidem intersit, atque omnes mansiones transversim separet: sicuti ex castrorum delineatione, quam subnectemus, manifestius cognoscere licebit. In hos mansionum ordines priores, eos nimirum qui viam Crucis contingerent,

rent, principes atque præfectos cataphractorum tribuerem, atque eorum cataphractariis contiguas quindecim mansiones deputarem, adeò ut decem cataphractorum unam mansionem occuparet, siquidem eorum centũ quinquaginta cuiq; legioni attributi fuêre. Mansiones horum principum in latũ quadraginta, in longitudinem decem ulnas amplectentur. Monitos autem vos velim, quoties latum seu latitudo mihi nuncupata venit, spatium istud quod à meridie ad Septentrionem pergit, intelligi, longitudinem verò me ab Oriente Occidentem versus terminare: Cataphractariorũ verò longa essent quindecim, at lata triginta ulnas. In reliquas mãsiones quindecim proximè sequentes (quarum quidem initium ultra viam transversam, spatium verò idem quod cataphractariorum putandum est) equites levis armaturæ componerem, quorũ itidem decem una mansio obtingeret, quòd nimirum eorum centum quinquaginta legionem sequantur: decima verò sexta, quæ superest mansio, eadem nimirum qua Cataphractariorũ principis amplitudine, horum Tribunũ caperet, atq; hac ratione equitum omniũ qui duabus legionibus attributi sunt, mansiones, viam ipsam Regiam mediam caperent, atque eadem via mansionibus peditum pro regula essent, sicuti mox uberiùs explicabitur. Meministis proculdubio, ut trecentos uniuscujusq;

jusque, legionis equites juxta ipsorum præfectos in triginta duas mansiones, quæ viam regiam contingunt, atq; à via crucis initium sumunt, distribuerim, atq; triginta ulnarum inter decimam sextam, septimamque mansionem spatium constituerim, quod viam nobis transversam, similem viæ crucis pararet. Viginti igitur cohortibus, quæ duas nimirum legiones ordinarias conficiunt, in suas mansiones distribuendis, ego quidem quibusq; duabus legionibus mansiones suas post mansiones equitum tribuerem, quarum quæque longitudine quindecim, latitudine verò triginta ulnas sicut & equitum, occuparent, ex posteriore verò parte ita conjunctæ essent, ut altera alteram contingeret. In omnes autem ex omni parte mansiones illas, quæ viam crucis contingunt, cujusque cohortis præfectum disponerem, quo nimirum hæ mansiones illis, quæ Tribunis cataphractariorum adscriptæ sunt, respondeant, atque hæc quidem mansio sola latitudine viginti, longitudine verò decem ulnas comprehenderet. In reliquas quindecim mansiones, quæ has usque ad viam transversam contiguæ proximè sequuntur ex utraque parte cohortem unam peditum componerem, qui cum quadringenti & quinquaginta unam cohortem conficiant, eorum triginta mansionem unam occuparent: alteras porrò quin-
decim

decim mansiones pari amplitudine ab utroq; latere equitum levis armaturæ mansionibus conjungerem, atque in earum utramque partem unam peditum cohortem constituerem; ultimam tandem mansionem ab utraq; parte Magistris legionum tribuerem, quo eæ nimirum Tribuni equitum mansionem contingerent; atque spatium decem ulnarum longitudinis, viginti verò latitudinis occuparent atque adeò hi primi mansionum ordines partem equiti partem pediti habitarentur Cùm verò mihi constitutum sit, quod etiam suprà dixisse me memini, omne hoc equitum agmen ad prælium utile aptumque esse, nullaque equitibus servitia concessa fuerint, quorum ministerio in equis curandis uti possint, eam ob rem peditibus istis, qui equitum mansionibus à parte posteriore contigui sunt, incumberet, operas suas in curandis equis subministrare, atq; eam ob caussam à reliquis occupationibus immunes esse: quod etiam Romanis receptum fuit. Relicto porrò post has mansiones iterum triginta ulnarum, ad viam constituendam spatio, quarum una prima via ad dextram, altera via ad sinistram nuncuparetur, iterum ab utroq; latere alias triginta duplicatas mansiones constituerem; quæ quidem partem posteriorem sibi invicem obverterent; atque idem planè cum jam designatis spatium complecterentur, pariterque post sextam decimam mansionem

nem

nem via transversa stationes secarent, in quas ab utraque parte quatuor peditum cohortes cum Magistris ipsorum à summa imaque parte distribuerem: Omisso deinceps alio triginta ulnarum ad viam constituendam spatio, quæ secunda via ad dextram, vel ad sinistram appellaretur, denuò totidem mansiones duplicatas describerem, easque totidem militibus eorumque Magistris consignarem: atque hac quidem ratione in tres ab utroque latere mansionum ordines, omnes tam peditum quàm equitum cohortes legionum ordinariarum dispertitæ forent, atque in medio viam Regiã amplecterentur. Legiones porrò auxiliariorũ quod attinet, quas totidem militibus constare diximus, eas quidem ab utroque latere harum legionum disponerem, eademque ipsis spatia, mansionibus duplicatis tribuerem, primum ordinem, qui itidem ulnis triginta à primis mansionibus viæ constituendæ discederet, partim equite, partim pedite replendo, quæ via tertia ad dextram, tertiaque ad sinistram vocaretur. Deinde ab utroque latere alios duos mansionum ordines iisdem spatiis atque ordinibus, quo & legionum ordinariarum constituerem, quæ alias mihi vias producerent, atque omnes ex numero latereque vel dextro vel sinistro nomen venarentur, idque hac ratione, ut omnis manus universi hujus exercitus, in duodecim mansionum duplica-

tarum ordines, atque tredecim vias, regia atq; crucis via comprehensa tributa sit: Circum ordines ad fossam usque centum undiq; ulnas vacare velim. Quod si itaque omne hoc spatium computare volueritis, non ægrè deprehendetis, castra hæc à centro mansionis Regiæ ad portam usq; Orientalem ulnas sexcentas octoginta porrigi. Supersunt tamen adhuc duo spatia, quorum unum à mansione Ducis ad portam Meridionalem, alterum ad portam Septentrionalem vergit, quorum utrumque si à centro incipias ulnas sexcentas octoginta quinque continet: quòd si itaque quinquaginta ulnas, quæ mansioni Ducis attributæ sunt, tum quadraginta quinque ulnas ab omni latere in forum concessas, deniq; triginta ulnas viæ quæ omnia ista spatia dividat, constituendæ, ab his spatiis subduxeris, centum præterea ulnas, quæ inter mansiones fossamque vacant, inde demseris, supererit ab omni latere spatium mansioni, quæ in latum quadringentas ulnas, in longum centum cõplectatur, si longitudinem nimirum cũ spatio à Ducis mansione occupato conjunxeris. Si ergo istas longitudines per medium seces, cõstituentur ex utroque Ducis latere quadraginta mansiones, quarũ longitudo quinquaginta, latitudo verò viginti ulnas capiat: In his octoginta mansionibus, tot enim prodeũt si quadraginta duplicaveris, omnes principes,

magi-

magiſtri, præfecti, cubicularii, atque reliqui militaribus officiis eminentes morarentur, licèt earum aliquas, tam peregrè advenientibus, quàm iis qui in gratiam Ducis militiam ſequuntur, excipiendis, à reliquo milite vacuas eſſe velim. Poſt manſionem porrò Ducis, aliam viam triginta ulnas & unam latam atq; frontis nuncupatam à Meridie ad Septentrionem ducerem, quæ quidem juxta octoginta manſiones jam dictas porrigeretur, atq; adeò hæc via, viaque crucis manſionem Ducis, atque octoginta illas, quæ ab ejus latere ſunt, clauderent. Ex hac frontis via rectà à manſione Ducis aliam plateam, triginta pariter ulnas amplam, ad portam Occidentalem ita extenderem, ut ea viæ Regiæ ad amuſſim oppoſita ſit, quæ quidem via Fori appellaretur. His duabus plateis ſic conſtitutis, forum mercibus explicandis delinearem, idque ad caput viæ Fori manſioni Ducis rectà opponerem, atque id ex altera parte viæ Frontis quadrata forma, cuique lateri ulnas centum viginti atque unam tribuendo, conjungerem: ad dextrã verò atque ſiniſtram hujus Fori duos ordines manſionum diſponerem, quorum quiſq; octo manſiones duplicatas contineret, quæ longitudine ſua duodecim ulnas, latitudine autem triginta complecterentur, atque adeò earum ſedecim forum ab utraque parte cingerent: hæ triginta duæ manſiones reſiduos auxiliariorũ

equitum caperent, vel si numerus eorum abūdaret, aliquos eorum in eas mansiones quæ Ducem cingunt, præcipuè quæ fossam spectāt, distribuerem. Restant adhuc hastati velitesq; ordinarii legionum mansionibus excipiendi, meministis siquidem unamquamque legionem præter decem cohortes, mille etiam hastatos quingentosque velites comprehendere, adeò ut duæ legiones, quæ ex subditis sunt, duo millia hastatorum extraordinariorū mille etiam velites extraordinarios conficiant, auxiliariis præterea totidem attributos fuisse, adeò ut sex millia peditum mansionibus excipienda nobis supersint, quæ quidem versus partem Occidentalem juxta fossam protenderentur. Ab ima itaque parte viæ frontis Septentrionem versus, relicto juxta fossas ulnarum centum spatio, unum ordinem quinque duplicatarum mansionum, quarum omnium longitudo septuaginta quinque ulnarum, latitudo autem sexaginta sit, disponerem, adeò ut latitudine ea divisa, quæque mansio quindecim ulnas in longitudine, triginta verò in latitudine complecteretur, & cùm hæ decem mansiones conficiant, trecentos etiam milites, triginta in eandem mansionem si collocaverimus, caperent. Relicto postmodum triginta ulnarum spatio, simili planè modo, ratione, atque ordine alias duplicatas quinque mansiones, atq; post has iterum alteras quin-
que

que eousque disponerem donec quinque ordines duplicati, qui quidem quinquaginta mansiones conficiunt, atque recta linea ad Septentrionem porrigerentur, centumq; ulnis à fossa sejunctæ essent, mille quingentis peditibus excipiendis aptatæ sint. Inde ad sinistram versus portam Occidentalem deflectendo, omnem istum tractum, qui ab ipsorũ mansionibus ad portam jam nominatam extenditur, quinque aliis mansionibus duplicatis, ejusdem cum prioribus, amplitudinis atque ordinis destinarem (licèt monendi sitis hîc unum ordinem ab altero non nisi quindecim ulnis distare) inque has totidem pedites ut priùs distinguerem, atque hac quidem ratione omnes hastati, velites item extraordinarii legionum quæ ex subditis constant, in illo spatio, quod à Septentrione ad Occidentem juxta fossas extenditur, in centum mansionibus exciperentur, quæ in decem quidem ordines, quorum quisque quinque ordines duplicatos complectitur, distributæ sunt. Eadem porrò ratione in totidem mansionibus atque ordinibus à porta Occidentali ad Meridionalem juxta fossam porrectis, hastati atque velites extraordinarii auxiliariorum morarentur. Duces verò cum Magistris atq; præfectis eas mansiones sibi sumerent, quæ juxta fossas ipsis commodiores viderentur. Tormenta verò undique juxta fossas vallumque

distribuerem, impedimenta denique omnia in illud spatium quod versus Occidentem vacat, reciperem. Sciendum præterea est, veteres sub impedimentis omne id comprehensum voluisse, quod ad exercitum in hostem ducendum, militibus exceptis, necessariò requiritur, cujus quidem generis sunt, lignatores, fabri omnis generis, Lapicidæ, machinarum artifices, libratores (hi inter armatos numerari possint) armentorum custodes, atque omnis generis artifices, currus item publici tam victum quàm arma, & quæ eò spectant gerentes. Neque verò has mansiones curiosiùs distinguerem, sufficeret vias delineasse, ne etiam illæ occuparentur, atque quatuor illa spatia, quæ propter vias istas vacant, omnibus istis impedimentis concederem, adeò ut unū armentis, alterum artificibus, tertium annonæ, quartum armamentario cederet. Viarum autem istarum una ipsa Frontis via esset, altera, quæ quidem à Septentrione versus meridiem vergeret, & medium viæ Fori secaret, via media nuncuparetur, atque ex parte Occidentali idem præstaret, quòd viam transversam ad partem Orientalem commodare diximus. Prçter has verò alia insuper via esset, quæ post mansiones hastatorum & velitum extraordinariorum porrigeretur, omnesq; ad unam triginta ulnas in latum occuparent. Tormenta tandem ad fossas castrorum ex posteriore

parte

parte diſtribuerem. BAPT. Fateor quidem lubens me hæc minùs intelligere, neque pudori id mihi eſſe debeat, quòd à mea functione hæc aliena ſint, interim placet mihi tua diſpoſitio: duo tamen ſunt, ad quæ reſponderi à te velim, unum, quamobrem vias atque ſpatia tantam caſtrorum partem occupare velis, alterum, quod me magis ambiguum tenet, quánam ratione ſpatia iſta, quæ manſionibus à te tributa ſunt, uſui eſſe poſſint. FABR Dicam, vias quidem eam ob rem in latum triginta ulnas occupare velim, quo per eas univerſum agmen in ordines diſpoſitum progredi queat: quod ſi etenim rectè meminiſtis, omnibus plateis vel viginti quinque vel triginta ulnæ à me tributæ ſunt. Spatium verò iſtud quod foſſas atque manſiones interjacet, centum ulnas patere, ideo neceſſarium eſt, quò cohortes atque tormenta commodiùs ſuis partibus fungi, tum præda iſthac agi, præterea etiam, ſi opus ſit, novum vallum foſſaque duci poſſit: quibus porrò accedit, manſiones ideò à foſſis removeri, ut tam ab igne, quàm aliis rebus, quas hoſtis immittere queat, eò magis tutæ ſint: Quod verò ad alteram quæſtionem pertinet, mihi quidem animus non erat, unumquodque ſpatium à me deſcriptum tentorio ſolo occupandum eſſe, ſed potiùs id arbitrio atque commoditati eorum, quibus ſpatia iſta attributa fuêre, committere, modò ne hi fines delineatos tranſſi-

liant. Requiruntur ſanè ad manſiones diſtribuendas homines exercitatiſſimi, atque architecti pręſtantiſſimi, qui quamprimùm Dux caſtris locum elegerit, formam eorum cũ ſuis diſtinctionibus atq; viis ipſi exhibere ſciant, atque funibus & haſtis rem confeſtim oculis ſubjicere, ut omnia momento diſtributa conſpiciantur: quo verò id citra confuſionem perfici poſſit, neceſſum eſt caſtra ſemper in eundem modum metari, ut unuſquiſque noverit, qua via & manſione ſibi morandum ſit, quod quidem omni tempore & loco obſervandum erit, adeò ut caſtra civitatem mobilem exhibeant, quæ ubivis locorum iiſdem viis, habitationibus atque proſpectu conſtet. Id verò ii obſervare nequeunt, qui ſitus naturæ munitos caſtris ſeligendo, toties eorum formam mutare neceſſe habent, quoties locorum ratio id requirere videtur. Romani verò locos ipſos vallo vallis foſſaque muniebant, ſiquidem ſpatium circa caſtra & præterea foſſam extra illud plerumque ſex ulnas latam & tres profundam ducebant, eamque aliquando amplificabant, prout in eodem loco diutiùs ſubſiſtere, vel ſibi ab hoſte proſpicere volebant. Ego quidem hoc tempore, vallis non uterer, niſi alicubi hybernare exercitũ velim, foſſam quidem vallumque non minore amplitudine, quàm Romani, forſan etiam majore ducerem, atque inſuper omne caſtrorũ latus

tus ad formam dimidiati circuli fossa producta amplificarem, unde hostem castra oppugnantem per latera ferire possem. Atq; in hoc quidem castrametationum studio etiam milites sese exercere velim, quo ea ratione tam horum diligentiam, quibus ea cura incumbit, exacuant, quam commilitones ad loca sua confestim agnoscenda manuducant, nihil enim hîc difficultatis est, sicuti suo loco fusiùs dicetur, siquidem nunc ad excubias mihi pergendum est, utpote sine quibus omnis reliqua opera frustra insumpta fuerit. Bapt. Antequam excubias tuas disponas, cognoscere ex te velim, quibus rationibus illi utendum sit, qui castra sua juxta hostem propinquum metari velit, siquidem videre nequeo, unde ipsi tempus ad castra ordine munienda suppetat. Fabr. Nolim te hac de re dubium esse, siquidem Dux nullus prope hostem castra sua collocat, nisi qui prælio quotiescunq; id hosti visum sit decertare cupiat: quod si ergo Dux hunc ad modum affectus fuerit, nullum sanè ipsi periculum, nisi ordinarium exspectandum est, siquidem duæ exercitus partes ad prælium disponuntur, tertia verò castrametationi relinquitur. Romani cùm res id postularet, hanc operam Triariis demandabant, Principes verò & hastati ad prælium parati stabant, idque ea ex caussa, quòd cùm Triarii postremi omniũ essent, illi satis maturè arma sua atque

ordines repetere possent, si fortè etiam ipsos occasio ad pugnam vocasset. Nos verò idem muneris, ad Romanorum imitationem, iis cohortib tribueremus, quæ postremã aciem, sicut & Triarii claudunt. Verùm ad excubias redeamus. Meminisse quidem non possum, apud veteres istiusmodi excubitores in usu fuisse, quales nocte excubia extra castra, quàm occultissimè fieri potest, disponere apud nos consuetum est, quos nos auscultatores, Galli sentinellas, Germani à scutis, tanquam iis hominibus ac scutis protegantur, denominare solent, quod ideo ab ipsis intermissum arbitror, quòd animadverterent, exercitum facilè ea occasione decipi posse, tam quòd difficulter excubatores isti an in officio persistant, explorentur, quàm quòd facilè ab hoste corrumpi, vel etiam opprimi possint, adeò ut in his spem aliquam aut omnem reponere, rem maximi esse periculi arbitrati fuerint. Eam ob rem omnes excubias intra castra recipiebant, easque summa cura, diligentia, atque ordine observabant, capitis periculo in illos constituto qui ab officio vel tantillum declinassent; verùm rationem istam minutatim exponere supervacuum fuerit, tam ne tædio vobis sim, quàm quòd ipsimet ea ex historiis, si forte nondum vobis visa sint, petere possitis: sufficiat ea monuisse, quæ mihi quidem hac in parte facienda sumerem. Tertiam ego

universi

universi exercitus partem utplurimùm nocte in armis continerem, atque ex hac quartam partem vigiliis adhiberem, eamq; tam per vallum quàm omnes castrorum partes, in angulis quidem excubiis duplicatis, disponerem, quorum pars immota consisteret, pars hinc inde juxta mansiones ambularet: quin etiam interdiu hunc modum observarem, si hostis in propinquo esset. Quantum verò ad tesseras, easque quotidie renovandas, atque reliqua quæ usu hîc recepta sunt, attinet, quòd ea satis nota sint, iis non immorabor: unum hoc utpote maximi momenti monendū duxi, quod quidem studiosè observatum magno emolumento, neglectū verò summo discrimini esse solet, omni nimirū cura invigilandum esse, ne unquam te lateat, quínam hominum noctem extra castra transegerint, & qui recentes ea ingressi fuerint, quod quidem facile factu fuerit, si eo quem descripsimus ordine castrametatus fueris, nam cùm mansio quæque certo hominum numero constet, si qui eorum desint, id nullo cum labore deprehendetur, atque tum ii, qui præter veniam castra neglexerint, tanquam fugitivi plectantur, qui verò abundaverint, quàm accuratissimè examinentur, quínam hominum sint, unde veniant, quid negotii curandum susceperint, & quæ præterea huc spectare queant. Hac ratione sanè assequemur, ne hosti ad præfectorū

tuorum

tuorum animos pertentandos, aut ea ratione consilia tua exploranda via sternatur. Nam nisi hæc ratio à Romanis observata accuratè fuisset, nunquam sanè Claudio Neroni cùm ab Hannibale obsideretur, licuisset castra sua quæ in Lucania habebat omittere, atque tam occulto itinere ad transpedanos ire & redire, ut id Hannibalis notitiã omninò lateret. Verùm non sufficit hanc rationem probasse, nisi præterea eam magna cum severitate observandam duxeris: siquidem nihil usquam gentium tam accuratum obsequium desiderare queat, quantum in exercitu requiri videmus; eam ob rem leges illæ quæ huc facere possunt, asperæ duræque sint, atque exequutorem habeant inflexum necessum est. Romani quidem capite plectebant, qui vigilias neglexissent, qui loca sua in pugna deseruissent, qui occultè castris quædam extulissent, qui egregium quoddam facinus perpetratum falsò sibi adscripsissent, qui præter voluntatem Ducis pugnassent, qui arma timidi abjecissent: ac si fortè contingeret cohortẽ vel legionem integrã officiũ suum neglexisse, ne omnem delere necesse foret, ad decimationem descendebant, atque decimumquemque sorte productũ necabant, qua quidem severitate id assequebantur, ut omnes pœnã quam pauci sustinebant, timerent & quodammodo experirẽtur. Quoniam verò ubi pœnæ atrociores existunt, ibi

niam

etiam pręmia proposita esse consentaneum sit, Romani ad milites suos tam metu pœnę quàm spe præmii in officio continendos, omnibus qui egregii quid perpetrassent, præmia constituta habebant, siquidem qui çivem servasset, qui primus vallum murúmve superasset, qui primus in castra penetrasset, qui hostem pugna singulari interemisset, qui eum equo dejecisset, atque adeò quidquid virtutem sapiebat, à consule agnoscebatur, remunerabatur, atque publicis laudibus celebrabatur, tum ii qui dona istiusmodi militaria consecuti essent, præter gloriam atque famam quæ apud commilitones ipsis surgebat, cùm ad lares reverterentur, ea solenniter gestabant, atque ab amicis gratulabundis honorificè excipiebantur. Mirum itaque non est, populum hunc tam latè undique imperasse, siquidem tam pœna quàm præmia iis in parato essent, qui vel benè vel malè re administrata laudem aut vituperationem meriti fuerant, quarum rerum majorem quidem partem etiam nobis imitandam esse duco. Neque singularem modum silentio hîc præterire velim, quo sontes punire ipsis receptum erat, convictos siquidem Tribunus vel Consul virga leviter feriebat, inde reo fugam capessere, at militibus fugientem occidere licebat, adeò ut subitò saxis jaculis aliisq; id generis telis obrueretur; ut paucissimi sanè eorum evaderent, quos tamen tot incom-

moda

moda atque ignominiæ, si lares suos repetere contingeret, sequebantur, ut perire multò satius fuerit. Non multum ab hoc puniendi modo hodiernum abscedunt Helvetii, quibus moris est sontes per commilitones occidere, quod quidem prudenter constitutum apparet, nam quo quis à reo defendendo abducatur, nullum promptius remedium exquiri possit, quam eundem in punitionem ejus incendere, siquidem alio animo ipsi bene cupit, & longè alio desiderio ejus punitionem expetit, si nimirum ipsimet res exequenda sit, quam ubi executio ad alium transfertur. Quòd si itaque nolis eum qui peccavit populum suum facere, non contemnendi momenti fuerit, eò rem dirigere, ut populus ipse judicium de eo ferre inducatur. Huic regulæ exemplum Manlii Capitolini adstipulatur, qui cùm à Senatu accusaretur, eousque à populo defensus fuit, quoad judicium penes alios staret, at postquam ipsius arbitrio caussa commissa esset, morte eum mulctavit. Modus itaque hic puniendi efficit, ut tam secessiones evitentur, quàm justitia intemerata subsistat. Postquam verò hominibus armatis intra fines suos continendis, neque legum neque hominum metus sufficiunt, veteres his rebus tandem authoritatem etiam numinum conjungebant: eam ob rem solennibus ceremoniis milites suos ad observan-

dam

dam disciplinam militarem obstringebant, ut ab ea declinantibus nõ tam homines & leges, quàm numina potiùs extimescenda, omniaq; quàm plenissima religione essent. Bapt. Tolerabant verò Romani fœminas, atq; istius generis otiosos homines, quos nostrã militiã se qui videmus? Fab. Nõ minùs unum quàm alterũ ꝓhibitum erat, neq; istiusmodi excludere adeo difficile erat, siquidẽ tot exercitiis militẽ tam privatim quàm publicè defatigatũ habebant, ut de fœminis, aliisq; ludicris, quæ seditiosos atque nihili milites sectari videmus, ne cogitare quidẽ ipsi liceret. Bapt. Placet, sed expecto quo ordine, cùm movendum esset, exercitus sese cõposuerit. Fab. Buccina primaria ter signũ dabat. Ad primũ signum tentoria vasaq; colligebantur, ad secundũ sarcinæ currib. & jumentis imponebãtur, ad tertiũ ordines in eum modũ quem suprà copiosè descripsi movebant, quos impedimenta omniũ extrema sequebantur, legionib. in mediũ receptis. Primò igitur legio auxiliariorũ mihi moveret, quam privatorum impedimenta cum quarta parte publicorum consequerentur, atq; sic deinceps quęvis legio tam omnia privatorũ, quàm quartam partẽ publicorum impedimentorum post se haberet, sicuti etiam Romanos fecisse suprà demonstravimus. Bapt. Num illi aliud dum castra metarentur, spectabant, præter ea quæ jam commemorasti. Fabr. Iterum dico,

Roma-

Romanos dum castra metarentur formā consuetam castrorum potissimùm spectasse, eamq; solam observasse, interim tamen hæc duo prętereа cavisse, nimirum ut castra in loco salubri ponerentur, tum ut eo in loco, ne ab hoste circumveniri, aut ipsi aqua victuque arceri facilè possent. Salubritati ita prospiciebant ut loca paludosa aut ea quæ ventis noxiis exposita essent, vitarent, quod quidem non tam ex locorum situ, quàm vultu incolarum dijudicabant, nam si hos vel pallere, vel turgescere, vel alio modo malè affectos esse cernebant castra eo loci non ponebant. Quoad alteram partem, nimirum ne facilè obsidione cingi queas, inprimis natura loci spectanda erit, & qua ex parte amici, qua itidem hostes expectandi sint, atque hinc conjectura capienda, an obsidione cingi vel minùs possis. Hinc necesse est, Ducem locorum & regionum esse quàm peritissimum, tum etiam circa se homines habere, qui eadem peritia polleant. Vitandæ etiā sunt contagiones famesque, ne exercitus inde dilabatur, eam ob rem si milites salvos esse velis, curandum tibi erit, ut sub tectis cubare, sub arboribus umbram capere, lignaque, quibus cibum parent, ipsis suppetere possint, ne porrò æstu diffluant ante diluculum è castris æstate educendi, hyeme verò contra nives glaciemque tam lignorum copia, quàm vestibus necessariis muniendi, præterea aqua salubri

ipsis

ipſis proſpiciendum, & ſi fortè quidam laborent, ægrotorum cura medicis demandanda erit, ne Duci tam cum contagione quàm cum hoſte confligendum ſit, licèt nihil adeò utile ad exercitus univerſi ſanitatem tuendã, quàm crebræ exercitationes, adinventum, eamq; ob rem à veteribus miles indies exercitatus fuerit, atque hinc videre liceat, quantum utilitatis crebra exercitia ſuppeditare queant, utpote quæ tam in caſtris ad ſanitatem, quàm in prælîis ad victoriam plurimum momenti conferant. Quoad famem avertendam non ſaltem neceſſariò curandum eſt, ne hoſtis annonam impediat, ſed etiam proſpiciendum, unde eam certò petere, tum etiam ſi quæ fuerit, qua ratione eam rectè adminiſtrare poſſis: eam ob rem requiritur, ut annona unum in menſem pro univerſo exercitu tibi in parato ſit, inde ab amicis vicinioribus indies nova exigenda, caſtra etiam aliò transferenda, inprimis verò laborandum eſt, ut annona quàm diligentiſſimè adminiſtretur, atque inde ſingulis militibus quotidie quantum ſufficere ipſis poſſit, diſtribuatur, tantoque ſtudio hæc res curetur, ne inde quidquã incõmodi emergere facilè poſſit: ſiquidem in bello res cæteræ ut plurimum temporis progreſſu ſuperari poſſunt, cùm econtrà hæc tempore teipſum vincat: neque hoſtis quidem unquã tibi obtigerit, qui cum fame te domare poſſit, id ferro potiùs perficere

conetur: nam licet talis victoria laudem non adeo mereatur, tamen certior atq; tutior hæc via est. Ergo famem effugere exercitus nequit, qui justitiam contemnit, atq; licenter omnia pro libidine consumit, nam priore via id efficitur, ne annona in castra subvehatur, altera, ut ea quæ in parato est inutiliter consumatur: eam ob rem veteribus placuit, ut tam ea quæ viritim distribuebatur, milites cõtenti essent, quam eo quo volebant, tempore consumeretur, siquidem nullus militum nisi cùm & Dux ipse, comedebat: quod qua ratione à nostris militibus observetur, id quidem omnibus satis liquet, adeo ut hi non morigeri & sobrii, ut veterum, sed potius refractarii atq; ebriosi nuncupandi sint. BAPT. Dixeras sub initium hujus sermonis, qui castrorum metationem concernit, te non modo duas sed quatuor legiones in castra distribuenda sumpturum, ut nobis eò manifestiùs cõstet, qua ratione exercitus justus distribuendus sit: duo igitur à te prętereà expecto, unũ, si mihi vel major vel minor militũ numerus sit, qua porro ratione ii mihi distribuendi sint, alterum, quantum militum numerum desideres, quo hostem quemcunq; prælio excipere possis. FABR. Ad primum quod attinet, si numerus militum quatuor vel sex millibus nostrum numerum excedat, tum etiam mansionum numerus vel augendus vel minuendus erit, atque hac

quidem

quidem ratione vel augendo vel minuendo in infinitum progredi queas: nihilo minus tamen Romani, cum duos exercitus consulares conjungerent, duo castra muniebant, atque eam partem ubi inermes essent, sibi invicem obvertebant. Ad secundum autem sciendum est, exercitum Romanorum ordinarium plerumq; viginti quatuor millibus militum constasse, at si major vis ingrueret, ad quinquaginta usq; millia processisse. Atque hoc quidem militum numero ducentis Gallorum millibus, post primum cum Carthaginiensibus bellum Italiam occupantibus, sese opposuerunt, totidem etiam in Hannibalem duxerunt. Præterea meminisse conuenit, Romanos quidem & Græcos cum paucis, at arte disciplinaque instructis, occidentales verò atq; orientales cum multis rem gessisse, sed una harum gentium, Occidentales nimirum, furore suo naturali, altera obsequio, quod absolutum Regibus suis præstare consueverunt, concitatur. Græcis verò atq; Italis, cum neq; furor ille neque amor in Reges natura insitus sit, necessario ad disciplinam deveniendum erat, quæ quidem tantam vim habet, ut illi paucorum annorum intervallo naturalem illum multorum instinctum superare potuerit. Eam ob rem, si Romanos Græcosque imitari voluerimus, numerum quidem quinquaginta millium nunquam exce-

demus, ſed potiùs inde aliquid ſubducemus, ſiquidem multitudo illa confuſionem parit, neque diſciplinam exactè tueri ſinit, unde Pyrrhus dicebat, ſibi quindecim mille milites ad univerſum terrarum orbem expugnandum ſufficere, verùm ad alia ſermonem convertamus. Vicimus exercitu noſtro prælium, atque diſcrimina certaminum deſcripſimus, ad iter eundem accinximus, atque pericula quæ inter pergendum occurrere poſſint, monſtravimus, tandem eum ſub tentoria deduximus, æquum igitur videri poſſit, non tantùm quieti poſt tot exantlatos labores locum jam tribuendum, ſed etiam qua ratione bellum conficiendum ſit, tandem deliberandum eſſe, ſiquidem in manſiones licèt ſubductus ſis, multa tamen ſuperſunt, præſertim ſi hoſtem locoſque ſuſpectos in propinquo habeas, quæ tibi vel conciliare vel expugnare neceſſum ſit, huc igitur deveniendum; atque iſtiuſmodi obſtacula & difficultates non minore cum laude, quàm reliqua hactenus à nobis adminiſtrata fuerunt, ſuperanda ſunt. Ergo ſi fortè aliquid tibi exequendum ſit, in quo magna utilitas tua, populi verò ſummum detrimentũ verſetur, verbi cauſſa ſi velis ut muros demoliantur, vel ut major ipſorum numerus exulet, curandum eſt, ut ii ita à te circumveniantur, ne perſentiſcant detrimentum iſtud ad ſingulos pertinere: ea enim ratione plerique

negle-

neglecta cæterorum cura, tandem unà omnes à te opprimi possunt: Id etiam succedet, si id quod exequi cupias, uno eodemque momento conficiendum singulis imperetur, quo dum singuli arbitrantur pœnam istam ad ipsos solos pertingere, spe auxiliorum abjecta, promptius imperio obtemperent; atque adeò absque seditione voluntati tuæ pareant. Si tibi fides quorundam suspecta sit quos in officio continere, atque ita imparatos opprimere velis, ne machinationes tuas odorentur, nihil salubrius erit quàm apud ipsos cōsilia tua, sed à mente tuà quàm alienissima deponere, atque auxilia eorum tanquam longè aliud acturus, petere. omissa etenim defensionis suæ cura, quod nimirum de tuo in ipsos animo nihil videant, quod suspicentur, facilè tibi viā aperient, qua desiderio tuo satisfacere possis. Si fortè in exercitu tuo quendam consilia tua hostibus prodere noveris, operæpretium feceris, si ea quæ facere minimè cogites, tanquam facturus ipsi concredideris, quod quidem hostem ad ea tentanda pelliciet, quæ tibi ad victoriam multum conferre possint. Si fortè in animo habeas (quod Claudium Neronem fecisse meministis) exercitum tuum clam imminuere, atque amico, ne hostis vicinus id animadvertat, auxilia submittere, necesse est mansionibus, signis, ordinibusque nihil deperire, sed potiùs eosdem ignes, easdemque

excubias ubiq; conſpici. Pari etiam ratione, ſi nova auxilia, quæ hoſtem clam habere cupias, tibi ſubmiſſa ſint, manſiones amplificare minimè cõducit, ſiquidem conſilia clam habuiſſe ſemper maximæ utilitatis fuit. Eam ob ré Metellus, cùm in Hiſpania apud exercitum ageret, cuidam interroganti, quid craſtino tentaturus eſſet, reſpondebat ſi interulæ ſuæ id cõſtare noſſet, eam ſe confeſtim igne crematurũ fore: Et Marcus Craſſus interroganti quando exercitus moturus eſſet, dixit, an ſolùm te buccinam minùs exauditurum arbitraris? Qui ſecretiora hoſtium eorumq; diſciplinã explorare cupiebant, legatos ad eos miſerunt, atq; his ſub famulorũ grege viros rei militaris peritiſſimos conjunxerunt, quorũ induſtria rebus omnibus exploratis, ad victoriã non mediocriter profecerunt. Alii fidiſſimos quoſdã in exilium misêre, atq; eorum opera hoſtem exploravêre. Ex captivis præterea conſilia hoſtium inveſtigamus. Cùm Marius Cimbris bellum inferret, fidemq; Gallorũ in Inſubria explorãdam duceret, literas ad hos binas miſit, quarũ alteræ apertæ, alteræ obſignatæ eſſent, atque mandavit, ne ante conſtitutũ diem eas aperirent, verùm non exſpectato illo tempore eas repetiit, & cùm eas apertas recepiſſet, dubiam eorum fidẽ ea ratione venatus eſt. Quidam ducum cùm ab hoſte invaderentur, in ipſum exercitum movere minùs tutum duxerunt, ſed

potiùs

potiùs regione hostili devastata, hostem ad sua defendenda revocârunt: quod quidem sępiùs feliciter successit, siquidem miles tuus ex illo vincendi initio & pręda & animo augetur, hostium verò animi decrescunt, quòd victoriæ jam assueti nunc vinci aliquo modo sese animadvertant, adeò ut istiusmodi diversione usos esse multos Ducum non pœnituerit, quæ tamen iis tantùm tentanda relinquitur, quibus regio sua munitior quàm hostium est, siquidem id si secus sit, ruinam potiùs tibi acceleraveris. Non parum etiā aliquando ab hoste obsessis ꝓfuit, mentionem compositionis injicere, atque inducias aliquot dierū pacisci, quòd inde hostes in omnib. remissiores fieri soleant, atq; ex eorū negligentia emergēdi occasio tibi sępiùs suppeditetur. Hac via Sulla bis hostium manus evasit, iisdemq; artib. Hasdrubal Claudiū Neronem, à quo in Hispania obsidebatur, elusit. Pariter etiā ꝓfuerit, si hostium virib. declinādis aliud quiddā comminiscare, quo eos ludos facias, quod quidem duobus modis fieri queat, vel cū aliqua exercitus parte eos adgrediendo, quo dū pugna implicati sunt, reliquis locus ad fugam sit, vel quidpiam inveniendo, cujus novitate in admirationē rapiantur, eâq; ob rē dubii subsistāt, sicuti Hannibalem fecisse legimus, qui cùm à Fabio Maximo arctiùs obsideretur, nocte cōcubia faces boū cornib. alligavit, iisq; accensis Fabio faciē militū ibi degē-

tium exhibuit, atque interim se subducens ea ratione illum frustratus est. Omni præterea studio Duci elaborandum est, ut quavis ratione vires hostium imminuat atque discriminet, idque vel fidem eorum, quibus maximè nititur suspectum reddendo, aut aliquid excogitando, quo copias dividere hostis necesse habeat, atque eo modo ejus viribus aliquid decedat. Primum sic succedere possit, si eorum res tibi curæ esse simules, qui Duci quàm charissimi sunt, cujus generis sunt, prædia ipsorũ tueri; filios vel necessarios absque pretio remittere, & his similia. Meministis proculdubio Hannibalem quidquid prædiorum Romanis extra urbem esset, igne absumpsisse, solius verò Fabii agris pepercisse: novistis præterea Coriolanum urbi cum exercitu imminentem, nobilium prædia servasse, plebis verò agros vastasse. Cùm Metellus in Jugurtham moveret, cum omnibus legatis, quos Jugurtha ad ipsum miserat, egit, ut Jugurtham traderent, literis quoque ad eosdem crebrò eadẽ re missis tandem id effecit, ut Jugurtha omniũ necessariorum fidem suspectam haberet, atq; eos variis modis extingueret. Cùm Hannibal ad Antiochum confugisset, legati Romanorũ eum tam familiariter ibi habuerunt, ut Antiochus in suspicionem ea re pertractus, consiliis ipsius deinceps parum fidei adhiberet. Ad separandas autem disjungendasque hostiũ copias

pias nihil utilius excogitari queat quàm si ditionem ipsorum invaseris, quo nimirum ad sua defendenda revocati, bellum tibi inferre desistant. Hac via usus fuit Fabius, cùm Gallos, Tuscos, Umbros atque Samnites adversos haberet. Cùm Titus Didius exiguas copias, respectu hostium haberet, atque legionem subsidiariam Româ exspectaret, ne hostes fortè illam interciperent, sicuti facturos constabat, simulavit se postridie prælio decertare velle; inde fuga quibusdam captivorum non ægrè concessa. quo consilium istud per hos divulgaretur, id assecutus est, ut hostes de prælio, ut opinabātur, jam certi, copias suas dividere dubitarent, & legionis illius curam omitterent, quam quidem ea ratione salvam ad se recepit, atque licèt hac via hostium copias non separaverit, tamen suas duplicavit. Alii quo hostium copiæ decrescerent, ditione sua ultrò cesserunt, ut dum urbibus occupandis atque præsidio muniendis hostis occuparetur, copiasque suas hinc inde distributas haberet, ipsum ea ratione debilitatum invaderent, qua quidem via victoriam consecuti sunt. Alii dum regionem invadere in animo haberent, in aliam se arma parare tanta industria simulârunt, ut regionem illam, de qua minimè dubitabatur, occuparent, priusquam illa defendi posset: nam si hostem in suspenso habeas, an fortè eam in partem, qua fama erat, regressu-

rus ſis, cogetur ille tam ibi ſubſiſtere quàm alteram partem defendere, unde facile fuerit utramque exercitus partem à te circumveniri. Præter ea verò quæ hucuſq; dicta fuêre, ſummoperè Duci laborandum erit, ſi qua fortè ſeditio aut ſeceſſio militum oboriatur, ut eam induſtria & arte ſedare atq; ſopire norit, optimum verò fuerit, authores caſtigare, idque ea induſtria, ut priùs oppreſſos ſe ſentiant, quàm quidquam in ſe parari ullatenus animadverterint, id autem faciliùs ſuccedet, ſiquidem illos pręſentes non habeas, ſi nõ ſaltem hos qui deliquerunt, ſed etiã illos qui culpa carent, ad te evoces quo iſti nihil de punitione ſua ſuſpicati, confidentiùs ſe ſiſtant, cùm verò eos in conſpectu habueris, tum innoxiorum animi tibi conciliandi, atq; horũ ope ſontes plectendi ſunt. Si milites inter ſe diſſideãt, conſultiſſimum eſt ipſos periculis objicere, quo metus ille communis periculi, animos conciliet. Nihil verò exercitus concordiã adeò fovet ſervatque, ac opinio de Duce concepta, quæ quidem ſola virtute paratur, neq; unquã vel natalibus vel authoritate citra virtutẽ parta fuit. A Duce verò potiſſimùm requiritur, ut milites & puniat & ſtipendia liberaliter ipſis expediat; nã ſi ſtipendia deficiunt, pœnã etiam negligi conſequitur, ſiquidẽ militem p̄dam agẽtem punire nequeas, niſi ſtipẽdia ipſi ſuppeditaveris, nec ille ſi vivere cupiat, furto abſtinere po-

re poteſt, at ſi ſtipendia quidē numeres, nec tamen delicta punias, inſolētiſſimū illū reddideris, ſiquidē exiſtimationi tuę plurimū deperit, ubi is q eo confert gradū ſuum, cōdignè tueri nequit, eò verò ſi res redierit, diſcordiā atq; ſeceſſiones inde cōſequi neceſſe eſt, quæ tandem interitū exercitus maturare ſolent. Sollicitos habebat veterū Duces, moleſtiæ quoddam genus, à quo hujus ſæculi homines propemodū immunes ſunt, auguria nimirū, quæ ſi ſiniſtrè cecidiſſent, in bonā partem ipſis interpretanda erant. Nam ſi vel ſagitta in agmē decidiſſet, vel Solis Lunæve lumen deficeret ſi terra quateretur, ſi Dux equo excideret, id omne militi mali ominis loco erat, tantumq; ipſi metū incutiebat, ut ita affectū in præliū ꝑducere ſummi diſcriminis fuerit: eam ob rem priſcorum Ducibus laborandū erat, ut iſtiuſmodi omina vel ex cauſis naturalib. ꝓficiſci militib. perſuaderent, vel ea ex re ſua interpretarentur. Cùm Cęſar in Africā trajeciſſet, atq; è navi exiliens pronus cecidiſſet, teneo te Africa dixit, eaq; ratione militū animos, caſu eo non mediocriter conſternatos, reſtituit. Alii cauſas unde Sol Lunáve naturaliter deficerent, demonſtrârūt: quæ quidem & his ſimilia noſtro ſęculo obtingere vix queant, tam quòd hujus ævi homines non adeò ſuperſtitioſi ſint, quàm quòd religio noſtra iſtiuſmodi opiniones reprobet, quas tamen, ſi fortè opus ſit, ad priſcorum morem

rem

rem eximendas ſuaderem. Si fortè fames aut quædam neceſſitas aut alii humani caſus hoſtem tuũ ad deſperationem adegerint, ut prælii aleam quoquo modo ſubire cupiat, tum tibi intra munitiones conſiſtendum, & quantum fieri poſſit, à prælio abſtinendum noveris Hanc rationem Lacedæmonii contra Meſſenios & Cæſar contra Afranium & Petrejum ſecuti ſunt. Cùm Fulvius conſul contra Cimbros militaret, diebus aliquot continuis eorũ caſtra ab equite ſuo oppugnari voluit, quòd eos è caſtris erumpere, atque equites ſuos inconſultius perſequi animadvertiſſet. Inſidiis igitur poſt eorum caſtra tandem collocatis, hoſteque iterum oppugnatione provocato, Cimbrisque pro more caſtra negligentibus, ea ſubitò occupavit, prædaque ingenti potitus eſt. Non infeliciter quibuſdam Ducibus qui caſtra ſua vicina hoſtium caſtris haberent, ceſſit, militem ſuum ſub ſignis hoſtiũ in propriam ditionem ablegaſſe, eamq; prædæ expoſuiſſe atq; igne vaſtaſſe, hoſtes ſiquidem perſuaſi auxilia ipſis in propinquo eſſe, prædæ cupiditate præterea illecti, ordines ſuos neglexerunt, atque his ſe imprudenter miſcentes ad victoriam inimico occaſionem præbuerunt. Hanc viam Alexander Epirota contra Illyrios, Leptes, etiam Syracuſanus contra Carthaginenſes uſi ſunt, quæ quidem utriq; feliciter ceſſit. Alii hoſtem vicerunt, quòd caſtra

ſtra vino omniq; ciborum genere abundè referta tanquam metu compulſi deſererent, eoque hoſti ad ingurgitandum ſeſe occaſionem præberent, quem crapula onuſtum adgreſſi oppreſſerunt: Idque Tomiris contra Cyrum, atque Tiberius Gracchus contra Hiſpanos conati ſunt: alii veneno annonam infecerunt, quò faciliùs vincerent. Dixi paulò antea antiquos excubias iſtius generis, quas auſcultatores nuncupamus, quod ego quidem ſciam, non habuiſſe, easque ut multa diſcrimina evitarent, neglexiſſe: compertum ſiquidem eſt, ſpeculatores qui interdiu ad explorandũ hoſtem conſtitui ſolent, iis ipſis, qui eos conſtituerunt, exitium attuliſſe, ſæpè etenim accidiſſe conſtat, ut ii circumventi atque deprehenſi, teſſera ipſis nota commilitones evocare vi adacti, atque ea ratione hi ex conſtituto advolantes, oppreſſi fuerint Hoſti præterea decipiendo aliquando profuerit, id quod conſuetum alioquin tibi ſit, mutare, quo hoſtis conſuetudini illi inhærendo impingat atque pereat, idque Ducem quendam feciſſe novimus, cui receptum erat hoſtis adventum interdiu fumo, nocte verò igne ſuis prodere, quotidie itaque tam fumo quàm igne conſuetudini ſedulò inſiſti tandem verò cùm hoſtem adventare comperiſſet, illam ſubitò intermitti curavit, qua quidem re hoſtis deceptus, quòd teſſeras illas negligi videret, inimicum ſe la-

ſe latere confiſus, non difficilem victoriam, quòd ordines inde minùs curaſſet, ipſi præbuit. Cùm Memnon Rhodius exercitũ inimicum in æqua pertrahere cuperet, quendam ſuorum caſtra deſerere atq; in hoſtium munimenta ſe recipere, ibiq; affirmare juſſit, caſtra ſua plena diſcordiarũ eſſe, magnamq; militum partem fuga dilabi, quò verò eò major homini fides adhiberetur, in ipſis caſtris tumultũ militum tanquã diſſidentium excitavit, eaque ratione hoſtes elicuit & oppreſſit. Obſervandũ porrò Duci fuerit, ne hoſtem ad extremam deſperationem adigat, quam rationem Cæſarem contra Germanos ſecutũ legimus, quibus via undiq; pręcluſa, ad deſperationem compulſis, eamq; ob rem fortiſſimè pugnantibus, cedere ſuos juſſit, maluitq; magno labore fugientes proſequi, quàm deſperatè pugnãtes cũ diſcrimine vincere. Cùm Lucullus animadvertiſſet turmam Macedonum equeſtrem ad hoſtes cõfugere, claſſicũ canere atq; ſuos tanquam p̃lio decernere decreviſſet, hos confeſtim inſequi juſſit, hoſtes igitur Lucullũ ad pręlium prodire ſuſpicati, Macedones iſtos adeò ſtrenuè exceperunt, ut his neceſſariò pugnandũ eſſet, eaq; ratione fugitivi qui fuerãt, egregiè certarent. Multũ etiam ꝓdeſt induſtria tua urbes p̃venire, quarũ fidem vel poſt vel etiã ante victoriam dubiam habeas, quod exemplis aliquot manifeſtũ dabo. Cùm Pompejus fidem Catinenſium

ſuſpe-

ſuſpectam haberet, infirmos aliquot milites ſuos intra mœnia ab ipſis recipi nō ægrè impetravit, at ſubſtitutis eorū loco militib. fortiſſimis, horū opera urbe potitus eſt Cùm Publius Valerius fidem Epidamnenſium intutam arbitraretur, publicā omnium prẹteritorum veniā ad certum extra mœnia fanum edixit: populo itaq; eò undiq; confluente, ille portis obſeſſis neminem eorū, niſi cujus integritatem perluſtraſſet, in urbem deinceps admiſit. Cùm Alexander Magnus in Aſiam trajecturus Thraces in fide continere cuperet, eorū prẹſtantiſſimos ſecum militatum ire prẹmiis adduxit, homines verò nullius pretii reliquis præpoſuit, atq; ea ratione tam principū animos munerib. devicit, q̃ plebem in officio continuit, utpote cui Duces ſeceſſionis deeſſent. Inter omnia verò, quæ Duci animos cōciliant, exempla caſtitatis & juſtitię primas tenēt: inter quæ Scipionis q-dem eminet, ꝙ in Hiſpania juvenculā forma p̄ſtantiſſimam patri inviolatā reddidiſſet, ſiquidem ea re potiùs quàm armis Hiſpanorū ferociā expugnavit. Cùm Cęſar ligna ad caſtra ſua munienda à Gallis emiſſet, tantā inde juſtitiæ exiſtimationem conſecutus fuit, ut ea ad debellandam provinciam iſtam non parū conduxerit. Neſcio equidem an quicquā hac de re dicendum ſuperſit, neq; ſanè omiſſum ſciam, ꝙ huc ſpectare queat, ſupereſt igitur ut ad rationem defendendarū atq; viciſſim expugnandarum

rum urbium deveniam, quod quidem lubenti fecerim animo, nisi jam jam fortè molestus esse incipiam. BAPT. Humanitas verò tua tam insignis est, ut si quid à nobis desiderari possit, id ipsum citra arrogantiæ crimen inde tam petere quàm impetrare nobis liceat, si quidem tam liberaliter nobis id offeras, quod quidem præter ruborem flagitare vix ausi essemus: eam ob rem hoc tibi persuasum esse cupimus, nihil majus aut etiam gratius à te exspectari, quàm ut hunc sermonem porrò absolvas: priusquã verò ad alia transeas, huic dubitationi satisfieri cupimus, an nimirum conducat bellum in hyemem usque sicuti hodie fieri cernimus, producere, aut saltem æstivo tempore militare, hyeme verò exercitum sub tecta ducere, sicuti priscos fecisse constat. FABR. Equidem nisi prudentia quæsitoris nobis opitulata fuisset, partem hanc consideratione dignissimam fortè neglexissemus. Iterum ergo dico, veteres omnibus in rebus prudentià nos longè adeò anteivisse, ut si uspiam nos errare, atq; ab illis quadã in parte discedere cõtingat, quoad artem porrò militarem in omnibus nos aberrare toto cœlo certissimum sit. Ergo nihil imprudentius aut etiam periculosius Duci persuaderi possit, quàm hyeme bellum gerere, licèt longè majora discrimina illum maneant, qui bellum eo tempore infert, quàm qui id propulsat: ratio hæc est, quòd omnis industria

quoad


quoad artem militarem in hoc vertitur, ut Dux ad prælio decernendum omnia accuratè diſpoſita habeat, ſiquidem id bello finem vel vincendo vel occumbendo imponit: quòd ſi igitur aptiùs aciem diſponere noveris, militemq; diſciplina imbutum habeas, quin magno hoſtem intervallo antecellas, atq; ad victoriam potior adſpires, vix quiſque negaverit. Econtrà verò nihil diſponendis ſervandisque ordinibus tantopere ac loca aſpera atq; tempora frigidiora pluviæque adverſantur, ſiquidem ob locorum aſperitatem, nec ordines ex arte militari explicare, nec ob frigus pluviasque exercitum coadunatum habere, aut hoſti conjunctis viribus obviam ire potes, ſed neceſſitate ipſa conſtringeris disjunctis copiis tecta quærere, atq; neglecto ordine, in vicos oppida atque arces te recipere, adeò ut hac via omnis labor quem in inſtruendo milite inſumpſeras, fruſtraneus ſit, tandemque evaneſcat. Neque mirum adeò eſt, noſtro hoc ævo bella in hyemem produci, nam cùm milites diſciplina careant, haud facilè agnoſcunt, quanti ipſis conſtet diviſim caſtra collocaſſe, ſiquidem nihil afficiuntur, quòd ordines & inſtituta ea negligant, quæ ipſi nunquam ſecuti ſunt: meminiſſe tamen debuerant, quàm exitioſum ſæpè fuerit hyeme in caſtris manere, atque in mentem revocare, quàm miſerè ſub annum 1503. Galli ad Lirim, vulgò Gari-

glianum vocatum non ab hoste Hispano, sed à frigore perierint, siquidem ut dixi, oppugnantes longè majoribus cum difficultatibus conflictantur, iisque tempestas in alieno solo exitiosior esse solet. Nihilominùs ipsis necessum est, si conjuncti persistere velint, aut injuriam tempestatum atque frigoris vincere, aut si ea declinare cupiant, copias suas dividere. In eorum verò quibus bellum infertur, arbitrio econtrà situm est, cùm quem velint sibiipsis locum seligere, atque hostem milite recenti excipere atque hunc subitò convocare & inimicorum agmen invadere. Ea ratione Galli victi fuere, atque pari successu semper vincentur, qui hostem prudentiâ pollentem hyberno tempore invadere ausi fuerint. Si quis itaq; expectare velit; nec ordines, nec disciplinam, nec virtutem sibi quicquam prodesse, is hyeme bellum gerat: Romani quidem, quibus constitutum erat omnes res in commodum suum transferre, quibus tanta industria invigilaverant, nõ minùs hyberna tempora, quàm montes arduos locosque difficiles, planeque ea omnia, quæ virtuti exercendæ impedimento esse possent, fugiebant. Sufficiat igitur hoc quæstioni tuæ, atque tandem ad oppugnationem defensionemque urbium, & eorum, quorum interest, atq; etiam earum ędificationem devenjamus.

LIBER

LIBER SEPTIMUS, DE ARTE MILITARI NICOLAI MACCHIAVELLI civis & Secretarii Florentini

AD LAURENTIUM STROTZzium Philippi filium.



Ciendum est urbes & arces vel natura vel artę muniri: natura munitæ dicuntur quæ fluminibus vel paludibus cinguntur, sicuti Mantuam Ferrariamque sitas esse cernimus, vel quæ rupibus inædificatæ sunt, ut Monæciportum: eæ siquidem quæ in montibus non adeò difficilibus sitæ sunt, hoc quidem ævo propter tormenta & cuniculos debilissimæ sunt. Idque caussæ est, quod moderni utplurimum in planitie ædificent, quo nimirum arti locus sit, eaq; munitionem perficiat. Primò itaque requiritur, ut muri nō recta linea, sed per ambages & anfractus ducantur, ea enim ratione hostis difficilimo opere eos adgreditur, quod non tantùm à fronte, sed potissimùm à latere peti possit. Si fossas pro muris ideo ducis, ut eæ scalis hostium impedimento sint, facilè evenire possit, si fortè ab

hoste eæ expleantur (quod copioso milite facilè effectum dari queat) eas occupari, eam ob rem, salvo meliore judicio, commodissimum fuerit, muros altiùs extollere, & fossas intra, non extra muros ducere. Atque hic quidem modus ad munitionem omnium tutissimus est, siquidem tam tormentis quàm scalis obsistit, tum hosti impedimento est, ne fossas explere possit. Sint itaque muri ejus altitudinis, quæ commodissima visa fuerit, latique ad minus sex pedes, quo eò difficiliùs subruantur: Turres ducentas ulnas inter se distent, fossa interior triginta ulnas in latum porrigatur, profunda sit duodecim; terraque ea omnis, quam inde amoliri necesse est, versus civitatem exaggeretur, atque ex ea parte quæ fossam spectat, muro ab ima fossa surgente, sustineatur, qui tamen aggerem ea altitudine superet, quæ hominem erectum æquet, eumque obtegat, idque altitudini fossæ præterea accedat: Ad imum fossæ promineant propugnacula, quæ Casæmattæ nobis appellantur, ducentas invicem ulnas distincta, unde in eos, qui fossam occupare cupiant, tormenta emittantur: Tormenta majora ad defendendam urbem producta, post interiorem murum constituantur, siquidem ad defensionem muri ulterioris, ob ipsius nimirum altitudinem non nisi minoris & mediocris magnitudinis commodè disponuntur. Quòd si itaque hostis rem

scalis

ſcalis perficere conetur, altitudo quidem muri anterioris defenſioni tuæ ſufficere queat, ſi verò tormentis te adgrediatur, neceſſe ipſi primo omnium erit murum anteriorem proſternere: at cum natura comparatum ſit, ut omnis ruina in eam procumbat partem, ex qua impetus profectus eſt, hinc conſequi videtis, ruinā muri anterioris, quòd foſſa ultra illam quæ molem excipiat, nulla ſit, ad altitudinem foſſæ eò magis conferre, adeò ut in urbem ea ex parte penetrare nequeas, ſiquidem tam ruina, quàm foſſa impediaris, prætereaetiam tormētis, quæ ex muro interiore emittuntur, expoſitus ſis, neque quidquam præterea moliri queas, niſi foſſas ipſas expleveris, quod iterum ſumma difficultate non caret, tam quòd eæ capaciſſimæ ſint, quàm quod propter murorum ſinus & anfractus intutiſſimū ſit, ob eas quas percepiſtis, cauſſas, eouſque penetrare, tum denique quòd ruina illa cum omni materia illa, quam ad foſſas explendas paraſti, tibi ſuperanda ſit, quod itidem difficilimū eſt: adeò ut urbem hunc ad modum munitam, ego quidē nunquam expugnari poſſe cenſeam. Bapt. Quid ſi ultra anteriorem murum altera foſſa ducatur, nihilne munitioni urbis inde accederet? Fabr. Id quidem dubitare nefas eſt, mihi verò id monendum erat, ſi una ſaltem foſſa ducatur, utilius illam intra, quam extra murum eſſe. Bapt. Aquam ne in foſſas reci-

peres, an ſiccas malles? Fabr. Variæ ſunt ea de re opiniones, nam aquæ cuniculis quidem impedimento ſunt, at ſiccæ majore opere implentur, ego verò omnibus accuratè conſideratis, ſiccas tutiores eſſe exiſtimo, conſtat etenim hyberno tempore glaciem expugnationi urbium non parum contuliſſe, ſicut Mirandulam à Papa Julio expugnatam novimus: cuniculis verò cavendis foſſas tantæ altitudinis ducerem, ut cuniculos profundiùs acturis, cum aquis jam luctandum ſit. Arces quod attinet, eas eundem ad modum, quoad muros foſſasque extruerem, ut oppugnandi par utrique ratio ſit, licèt civitates qui defendunt, unum hoc monitos velim, ne propugnacula extra urbem, quæ mœnia non contingunt, extruant, arcium verò propugnatoribus hæc ſit regula, ne intra muros aliud propugnaculum habeant, intra quod occupato primo muro, refugium pateat. Ad dandum primum conſilium me potiſſimùm impellit, quod nemini quidquam conandũ ſit, unde ipſius exiſtimatio famaq; neceſſariò periclitetur, atq; ſi ſiniſtrè id ceſſerit, prudentia ipſius cęterùm in dubium vocetur, eorumq; ſtudia, qui ſuas partes defendendas ſuſceperunt, minuantur: id verò incommodi ſemper illos exſpectabit, qui extra urbes quas defendendas ſuſceperunt, propugnacula extruxerint, ſemper enim ea expũgnari continget, ꝗ loca nimirũ capacitate justa de-

sta destituta, si tormentorũ vim experiri necesse habeant, tueri defendiq; nequeant, interim amissa initium & præsagium exitii tui fuerint. Disposuêre Genuenses, postquã à Ludovico Galliæ Rege defecissent, per vicinos colles quædam propugnacula, quæ postmodũ expugnata (atq; id quidem perfacile fuit) urbi ipsæ exitiosæ fuerunt. Alterum quod attinet, mihi quidem cõstitutum est, nihil periculosius excogitari posse, quàm in arce secunda quædam propugnacula constituere, spes etenim illa, quæ prima loca deserentibus, ad salutẽ superest, efficit, ut illa negligantur, amissaq; arcem ipsam pessundent. Exemplo sit Forũ Livii nuper à Catharina Comitissa amissum, cùm Cęsar Borgias, Alexandri VI. Papæ filius exercitu Regis Galliæ instruct⁹ illud oppugnasset, abũdabat siquidem arx illa propugnaculis, quorũ quodq; alteri ad receptum patebat: Primo etenim loco erat castrũ, quam Citadellam nostro idiomate nũcupamus, hinc ad arcẽ fossa interjacebat, eaq; ponte versatili trajiciebatur, arx ipsa in tres partes distincta, atq; harũ quæq; ab aliis fossa aquaq; separata erat, pontibusq; saltem sese contingebant: Dux itaq; unam harum partiũ adgressus, murũ tormentis aperuit, qua re animadversa Joannes Casalensis, cui ea ars tuenda obtigerat, neglecta defensione, eã deseruit, seq; in alterã partẽ subduxit atq; Duci nõ magno molimine eã occupandã cõcessit, unde

confestim expugnationi universa arx patuit, siquidem Cæsar pontes, qui castra conjungebant, subitò occupavit. Devenit itaq; in hostium potestatem arx illa omnium judicio inexpugnabilis, duas potissimùm ob caussas: una, quòd tot refugiis abundaret, altera, quòd non quævis pars pontes suos in potestate sua haberet. Arx itaque illa minùs ex arte ædificata, imprudentia porrò ejus qui eam defendebat, conatum Comitissæ perpetua memoria celebrandum, evertit, quòd ea ingenti animo & fiducia exercitui istiusmodi resistere voluerit, quem nec Rex Neapolitanus, nec Dux Mediolanensis ferre in animũ inducere poterãt, qui licèt sinistrum eventum sortitus sit, nihilominùs eam heroinæ laudem peperit, quã virtus admiranda merebatur, quod quidem multis Epigrammatis eam in rem id temporis conscriptis testatum fuit. Quòd si itaque arx mihi ædificanda foret, muros quidem ad eum quem dixi modum firmos cum fossis ducerem, ædes verò (quæ quidem nulli usui quàm habitationibus servirent) adeò humiles esse vellem, ut Imperatori in medio constituto prospectus ad muros undique liber, atque inde occasionibus intento paratoque ipsi esse liceat, tum etiam omnibus manifestò constet, nihil post amissa mœnia fossasque spei ampliùs superesse, aut si omninò receptacula penitiora locus offerat, tum pontes ita dividerem,

rem,

rem, quo quæque pars eos ex ſuo latere in poteſtate haberet, qui eam ob rem in medio foſſæ paraſtidis innixi penderent. Bapt. Dixeras modò locos anguſtiores hoc ævo difficulter contra hoſtem defendi poſſe, audiviſſe verò mihi videor locum quo anguſtior ſit, eò commodiùs illum defendi poſſe. Fabr. Vix rectè id percepiſti, ſiquidem locus munitus dici nequeat, cui poſt aggeres nihil ſpatii novis aggeribus foſſisque ducendis ſuperſit: Impetus etenim ille tormentorum violentus eouſque eſt, ut qui muro aggéreque unico ſe tutũ eſſe arbitretur. illum errare neceſſe ſit: eam etiam ob rem niſi propugnacula ita exſtruantur (de juſta amplitudine loquor, ne in oppida caſtráve excreſcant) ut inde ſeſe recipiendi locus ſit, ea ſubitò expugnantur. Conſultum itaque eſt propugnacula iſta omittere, portasq; potiùs munire, atque vallum (quod rivellinum noſtrates vocant) ad eas ita obliquare ne exeuntibus via recta pateat, tum etiam intra vallum iſtud portamque foſſam pontemque intereſſe. Muniuntur præterea caſtra illa cancellatis iſtis portis ſeu vectibus, quas ſarracineſcas vulgò nuncupamus, qui potiſſimùm eò inſerviunt, ut milites tuos, ſi fortè ad pugnam egreſsi fuerint, fugientes recipere atque hoſtem inſiſtentem excludere poſſis, veteres hoc portarum penſile genus cataractas vocabant, quod dum demittitur, hoſtes excludit, tuosq;

recipit, siquidem eo casu neq; pontes neque portæ quidquam faciunt, quòd nimirum frequentia nimia impeditæ sint. BAPT. Memini istiusmodi portas pensiles in Germania me vidisse fenestratas, ad modum craticularum, nostræ verò ex asseribus solidis compactæ sunt, cuperem itaq; cognoscere, unde hæc differentia orta sit, tum etiam uter modus præstet. FAB. Iterum replicare cogor, modum artemq; militarem si veteres respicimus, ubivis gentium exstinctam esse, apud Italos verò penitus interiisse, & si modò quidpiam artem illam adhuc sapere videatur, id ultramontanis acceptũ ferendum esse. Audivisti proculdubio, quòd quosdam vestrûm meminisse arbitror, quàm neglectæ essent in Italia munitiones urbium, antequam Rex Galliæ Carolus VIII, anno nimirum millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto militem in Italiã duxisset: muri siquidem latitudine mediã ulnam vix occupabant, catastromata in exteriore parte nimium restricta, interius dilabãtur, atq; adeò sic ubique peccabatur, ut ea repetendo tædiosus haberi queam: siquidem ubi muri latitudine justa destituuntnr, eorũ Loricæ facilè prosternũtur, catastromata quoq; eum ad modum concinnata, non difficulter dissipantur: At nostro sęculo à Gallis muros firmiores & latos estruere didicimus, tum etiam catastromata interius dilatare, in media muri parte coire, atq; in exterio-

teriore parte iterum amplificare, unde fit ut tormentorum vi loricæ non adeò leviter prosternantur. Multa itaq; Gallis recepta sunt, quæ utpote nusquam visa, apud nos considerationem non merebantur, è quorum numero hæ portæ craticulatæ sunt, quas antiqui cataractas vocabant, quæ quidem vestras longè antecedunt: nam si post solidam cataractam te recipias, licèt illa protegaris, tamen hostem inde offendere nequis, nec etiam impedire, quò minùs securibus aut igne admoto sic satis tutus eam prosternat: at si craticula sit, tum per fenestras illas seu intercapedines eam hastis, balistis, atque id genus telis defendere potes. Bapt. Aliud præterea in Italia à Gallis acceptum me vidisse memini, radios nimirum rotarum, quib. tormenta bellica vehũtur versùs axem inflexos esse, scire itaq; cupio, quidnam cõmodi inde ꝓmanare debeat, cùm verisimile sit, multò firmiorem compagem fore, si recti constituantur. Fabr. Nunquã velim opineris, id quod à communi usu deflectit, casu sic comparatum fuisse, errares siquidẽ si hanc rationem venustatis saltem gratia adinventam statueres, cum hic modus rotarum compagem roboret potiùs ac firmet, quod hinc manifesti* patebit: cùm currum onustum agis, tum illum aut rectum agi, aut ad latus sive dextrum sive sinistrũ inclinare necesse est; ꝙ si ergo currus stat æqualiter, ꝙ ea ratione pondus omnibus

rotis

rotis pariter incumbat, atque in singulas æqualiter tributum sit non difficulter eas onus sustinere par est, si verò inclinet, tunc omne pondus eam in rotam incumbit, in quam currus propendet: quòd si igitur rotæ illius radii recti sint, facilè quidem rumpentur, quòd nimirum inclinante rota etiam radii inclinentur, atque eo modo pondus non directè sustineant: atque adeò videre licet, quando currus æqualiter pendet, atque radii minùs onusti sunt, tunc ipsis si nostrum ad morem recti stent, plus firmitudinis esse, cùm verò currus in latus propendet, onusq; ipsis majus incumbit, tunc firmitudini ipsorum non parum decrescere. Contrarium verò radiis inflexis sinuatisque Gallorum usu venire liquet, cùm etenim currus in alteram rotam inclinat, quòd radii antea sinuati sint, ea inclinatione recti constituentur, eoque firmius sustinebunt onus, quod antea curru æqualiter pendente in ipsas æqualiter distributum, eò facilius quoque gestabatur. Verùm ad urbes arcesque nostras revertamur. Aliam præterea rationem ad portarum munimenta, utq; obsessis militem tam recipere, quàm emittere eò proclivius sit, Gallis usitatum novi, quam quidem ab Italis hactenus receptam non recordor, ea sic se habet. Extra pontem pensilem duas columnas ab utroque pontis latere exstruunt, quarum cujusque fastigio trabs æquilibris

libris insedeat, sic ut dimidia trabis pars supra pontem, altera præter põtem promineat; hanc porrò partem quæ extra prominet; transversis trabibus ad modum craticulæ connectunt, extremam verò trabis utriusque partem alteram; quæ portam nimirum urbis spectat, catenis firmant; quòd si igitur pontem à parte exteriore obseratum cupiant, tunc remissis illis catenis, quas ab interiore machinæ hujus pensilis parte eam firmare diximus, ingressuris craticulam illam objiciunt; eaque versus pontem adlabente aditum præstruunt, quem postmodum adductis iterum catenis; eum in modum, ut vel pediti recto, vel si velint etiam equiti sub illa crate pergere liceat, aperiunt, atque prout visum fuerit; denuò obstruunt, siquidem machina illa pro arbitrio vel adducitur, vel aperitur. Atque hæc quidem ratio cataractis eo præstat, quòd vix ab hoste, ne pro arbitrio decidat, impediri possit, siquidem nõ rectà descendat; prout cataractæ solent, quæ eam ob rem facilè sustentaculis subjectis, ne decidant, prohibentur. Requiritur ergo ab iis qui urbes arcésve muniendas suscipiunt, ut ea quæ hactenus dicta sunt; accuratè observent. præterea etiam curent sedulò, ne vicinus ager vel arboribus vel ędificiis conseratur, sed quarta miliaris pars circumcirca omni aggere, arbore, ædificioque vacet; ne prospectus nimirum impediatur, aut hosti quidquã suppedi-

peditetur, quod in commodum suum transferre queat. Insuper & hoc monendi estis, urbes istas, quæ fossis circumdantur, quarumq; agger exterior altiùs surgit, quàm urbs ipsa sita sit, minùs munitas esse, quòd nimirum id hosti pro vallo sit, unde tormenta in te ejaculare possit, neq; interim obstat, quò minùs te offendere possit, siquidem eum facilè perforare atq; tormentis collocandis viam aperire possit. Sed jam urbes ipsas ingrediamur. Neq; tamen in recitandis iis quæ ad victum armaque necessaria sunt, tempus ducendum duco, siquidem ea per se satis omnibus nota sunt: cùm citra hęc omnis cura supervacanea futura sit: Duo igitur potissimùm spectanda sunt, primũ, ut tibi maturè de rebus necessariis prospicias, alterum ut hostem iisdem frustres, eam ob rem ea quæ in tutum recipere nequeas, utpote stramenta, frumentum, pecora, & his similia, vel igne vel alio modo corrumpenda sunt. Curet præterea is cui urbs tuenda venit, ne quidquã tumultuariè aut præter institutum fiat, sed cuiq; in omnibus actionibus functio sua certò constet: Ergo fœminę, senes, ętate minores, debiliores, infirmi, domi sese contineant, atque robustioribus locum cedant, quorum pars in muros, pars ad portas, pars deniq; ad locos urbis præcipuos armata ideo distribuatur, ut si quid præter exspectationem, intra mœnia occurrat, harum opera ad id præstò sit, pars etiam

nulli

nulli loco adſtricta, ad opem omnibus ferendam paratam ſeſe exhibeat. quibus hunc ad modum conſtitutis, tumultibus atque perturbationibus vix locus eſſe queat. Porrò & hoc vos ſcire velim, nihil hoſti animum ad occupandam urbem tantopere addere, quàm ſi noverit, obſeſſos bello non aſſuetos, animoque inde alieno eſſe, nihil ergo intermittat, quod ad terrorem iſtiuſmodi hominibus incutiendum facere poſſit: contrà obſeſsi iis partibus, quæ ab hoſte oppugnantur, fortiſſimũ quemque præficiant, quorum animus non terriculamentis, ſed vi armisq; expugnari queat; nam ſi primus hoſtium conatus irritus fuerit, inde non parum animi obſeſſis accedet, quos poſtmodum tam virtute quàm exiſtimatione ſuperare neceſſum erit. Machinarum quibus veteres ad defendendas urbes utebantur, varia erant genera, inter quæ numerantur baliſtæ, onagri, ſcorpiones, arcubaliſtæ, fundæ: nec oppugnantib. ſuæ deerant, utpote arietes, turres, muſculi, plutei, vineæ, falces, teſtudines, quorum omnium vicem hoc ſeculo tormenta pręſtant, & tam offenſionib. quàm defenſionibus adhibentur, adeò ut de iſtis mihi ſermo nullus futurus ſit: redeam⁹ ergo ad rem. Obſeſſis duo potiſſimùm hęc curanda ſunt, unum ne fame, alterum, ne vi opprimantur: De fame jam dictum eſt, ante obſidionem nimirũ annonæ pſpiciendũ eſſe: quòd ſi verò ob diuturniorem

obſi

obſidionem ea laboretur, tum ad extraordinaria remedia confugiendum, atque amicorũ opera adhibenda fuerit, qui quidem commoditate fluminum, ſi fortè ea urbem alluerent, ſæpiùs feliciter uſi, obſeſſis antiquitus opem tulêre, inter quos Romanorum exemplum eminet. qui Caſalinenſibus ab Hannibale arctiſſimè obſeſſis, cum alia via proſpicere non poſſent. magna nucum copia in profluentem projecta, ſecundoque flumine ad ipſos delata obſidionem ea ratione in longum traxêre. Alii quo frumentis ſe abundare hoſti perſuaderẽt, eumque ad obſidionem ſolvendam inducerent, vel panes oſtentando eoſque ad obſeſſos mittendo, vel bove frumentis paſto hoſtibusq; deſerto, ventre ejus aperto copiam rerum neceſſariarum non infeliciter ſæpè hoſti mentiti ſunt. Contrà ii qui obſidebant, non minore cura hoſtem obſeſſum eludere conabantur. Sic Fabius Campanis permiſit agros ſuos ſerere, quo eos frumẽto illo ad ſementem fraudaret: ſic Dionyſius cùm Reginenſes obſideret, pacis mentionem injecit, eaque ratione annona copioſiſsimè ab obſeſſis impetrata, arctiùs obſidioni poſtea inſiſtendo, fame eos debellavit. Cùm Alexander Magnus Leucadiam obſidere in animo haberet, omnes arces vicinas priùs expugnavit, earumque habitatores incolumes dimiſit, quo ii à Leucadenſibus recepti annonam eorum conſumerent, eaque ratione

tione fame perirent. Ad oppugnationem verò si deveniatur, jam dictum proculdubio meministis; primum oppugnantium fervorem studiosissimè cavendum & declinandum esse: qua quidem Romanos via; quam coronâ urbem cingere nuncupabât, quamplurimas urbes sibi subjecisse, Carthaginemque novam Duce Scipione expugnasse satis constat: quòd si enim primum illum impetum sustinueris, non absque magna difficultate postmodū superari possis! licèt etenim hostem mœnia aliquando superare contingat; nondum tamen obsessis, omnis ad salutem via, modo ne ipsi sibi desint, interclusa est, siquidem multoties accidisse compertum est istiusmodi copias jam victoriam in manibus habentes aut repressas aut extinctas fuisse: cui quidem rei non parum confert, ut obsessi altiora petant, atque è turribus & domibus strenuè pugnent licèt huic defensioni duobus potissimùm modis obsistatur, unus ut portæ urbis obsessis ad liberiorem fugam aperiantur, alter ut significetur, inermibus veniam impetratam, at armatis nullam superesse, quibus quidem modis permultæ urbes æquiorem victoriam hosti præbuêre. Faciliùs præterea urbes expugnantur, si eas subitò præterque exspectationem adgrediaris, quod quidem fieri queat, si exercitu tuo tam longè inde absis, ut eas vel nolle vel non posse obsidere, antequam fama eò perveniat,

credaris: quòd si ergo celeriter atque subitò istiusmodi urbes obsidione cingas, vix non semper victoriam inde reportabis. Equidem non adeò lubens ea adduco, quæ nostro hoc sæculo obtigerunt, siquidem mei ipsius aut meorum mentionem facere mihi grave foret, aliorum verò facta me lateant, intermittere tamē hîc nequeo, quin Cæsaris Borgiæ, quem Ducem Valentinum vocant, exemplum proponam, qui cùm Nuteriæ exercitum suum haberet, in Camerinates se movere simulavit, at in itinere ad Ducatum Urbinatam deflexit, illumque unica die in potestatem redegit, quod quidem alii nisi magna cum temporis reiq; jactura vix licuisset. Caveant præterea sibi obsessi ab insidiis & dolis hostium, eamque ob rem nullam penitus fidem rebus adhibeant, quas illum continuò moliri animadverterint, sed insidias subinde latentes metuant, atq; in suam perniciem isthæc mutari posse certò statuant: Consueverat Domitius Calvinus urbem, quam obsidione cinxerat, indies cum aliqua exercitus parte ambire, obsessi igitur persuasi id exercitii caussa fieri, vigiliis neglectis præter exspectationem invasi atque expugnati fuêre. Quidam Ducum auxilia obsessis appropinquare compertum habentes, militem suum ementita auxiliorum facie & signis, eorum in locum submiserunt, iisque ex errore intra mœnia receptis, urbe potiti sunt. Ci-

mon

mon Atheniensis nocte concubia in fanum quoddam extra mœnia ignem immisit, & cùm cives ad incendium restinguendum urbem negligerent, eam subitò occupavit. Alii præsidiariis qui frumentatum exierant, circumventis, suoq; milite horum vestibus operto, præsidiarios mentiti, arcibus potiti sunt. Præsidiariis etiam eliciendis variis antiqui usi sunt artibus. Cùm Scipio in Hispanias exercitũ duceret, & quasdam arces præsidiis Carthaginẽsium nudare cuperet, simulavit aliquoties se quidem illas oppugnatas velle, sed metu non saltem ab obsidione abstinere, sed etiam propterea exercitum inde se abducere. Hannibal ergo illum verè metuere arbitratus, quo majoribus eum copiis insequeretur, præsidia illa ad se evocavit: qua re cognita Scipio per Masinissam, arces illas haud difficulter occupavit. Cùm Pyrrhus urbem quandam in Dalmatia populosissimam oppugnaret, simulavit se de expugnanda ea desperasse, conversus itaq; ad alia loca facilè effecit, ut oppidani his auxilia submitterent, atque ea ratione distractis hinc inde præsidiariis, ipsi occuparentur. Multi aquas vel corruperunt, vel aliò derivârunt, ut urbibus potirentur, licèt id rarò successerit. Obsessi pręterea ad deditionem eò procliviùs descendunt, si fama ad eos deferatur, vel hostem insigni victoria, vel novis auxiliis auctum esse. Proditione porrò veteri-

bus urbes occupare aliquando placuit, idque alii alia via adgressi sunt. Alii etenim subornato quodam, qui fugitivum mentiretur, ejus opera ad occupandam civitatem usi fuerunt. Alii hac eadem via tesseram excubiarum investigantes urbe potiti sunt. Alii vel curribus vel trabibus objectis portas urbium impeditas occupavêre. Hannibal quo castrum quoddam Romanorũ occuparet, hac ratione rem adgressus est: solebat quidam præsidiariorum venationibus vacare, hunc itaque subornavit Hannibal, ut metu hostium simulato noctu potiùs à venatione quàm interdiu reverti vellet, atque sic milites suos secum introduceret, qui interfectis excubiis portam occuparent. Decipiuntur præterea obsessi, si illos ad pugnam elicias, atque simulata fuga in insidias præcipites: multi siquidem (inter quos & Hannibal) ipsa castra occupari ab hoste passi sunt, quo eum ab urbe avellerent, eamque hac ratione occuparent. Simulârunt alii necessitate adactos obsidionẽ se deserere, inter quos Phormio Atheniensiũ Dux eminet, qui postquam Chalcidensium agrum depopulatus esset, ipsorum legatos comiter excepit, eosque onustos amplissimis pollicitationibus ad suos remisit, unde Chalcidenses dementati tanquã ab hoste jam securi, urbem paulò pòst occupandam Phormioni præbuêre. Caveant ergo sibi obsessi ab hominibus, quorum fides inter

suos

suos suspecta sit, quos quidem tam præmiis quàm pœna in officio continere solemus. Sic Marcellus Lucium Bancium Nolanum, Hannibalis partibus faventem, tam liberaliter ac comiter habuit, ut eum ex inimico sibi amicissimum redderet. Præterea excubias studiosiùs sibi constituendas norint hoste longiùs abscedente, quàm sub mœnia considente, loca etiam illa curiosiùs custodienda sciant. quæ minùs occupari posse arbitrantur, siquidem multæ urbes periêre, quòd ea parte expugnarentur, quæ extra fortunam posita videbatur: atq; hic quidem error ex duabus potissimùm caussis proficiscitur, vel quòd pars illa longè munitissima sit, eoque expugnari nunquam posse credatur, vel quòd hostis astu militet, atque una quidem parte magno conatu atque clamore oppugnationem simulet, altera verò tacitè, sed verè rem agat: summoperè itaque hîc obsessis vigilandum est, atque omni tempore, præsertim verò nocturno excubiæ sedulò agendæ, iisque tam homines quàm canes adhibendi, atque hi quidem ex generosioribus & ferocioribus desumendi, qui odore ipso hostem discernant, latratuque prodant: siquidem non tantùm à canibus, sed etiam anseribus urbes servatas fuisse constat sicuti Romanis obtigit, cùm à Gallis Capitolium obsideretur. Cùm Alcibiades perspectum habere vellet, num excubitores Atheniensium offi-

cium ſuum à Spartanis obſeſsi facerent, conſtituit ut quoties noctu ipſe lumen altiùs tolleret, ſinguli excubitores idem facere, pœna in tranſgreſſores conſtituta, tenerentur. Iphicrates Athenienſis excubitorem, quem dormientem deprehenderat, interfecit, reliqui te, inquiens, qualem te inveneram. Variis porrò modis obſeſsi utuntur, ut rerum ſuarum ſtatum amicis ſignificent, ac ne tabellariis rem concredere neceſſe habeant, notis ſcribunt, eaſque variè occultant: Et Notæ quidem ex eorùm arbitrio componuntur, qui iis uti cupiunt, occultandi verò viæ multiplices ſunt. Quidam vaginæ interiorem partem epiſtolæ conſcripſerunt, alii literas panibus incluſerunt, eoſque tabellario tranſportandos tradiderunt, alii partibus corporis minùs honeſtis eas commiſerunt, alii millo canis eas inſeruêre, quem tabellarius familiarem haberet: alii paginam rebus nullius momenti inſcripſerunt, intervallis verò aqua ad id comparata ſeria commiſerunt, quæ quidem ſcriptura nuſquam niſi humectata aut calefacta compareret: atque hic quidem modus noſtro ævo peraſtutè cuidam obſervatus fuit; nam cùm is amicis ſuis ſecretiora quædam comperta eſſe cuperet, neque cuiquam mortalium ea tutò committere poſſet, literas excommunicatorias ex uſu conſueto conſcribi, & ad eum quem dixi modum interlineari, at-

que

que ad valvas eo in loco quem amici habitabant, affigi curavit, eæ etenim certis indiciis ab istis agnitæ & lectæ, eum quem ipse desiderabat effectum sortitæ sunt: tutissimus sanè omnium hic modus est, siquidem tabellarius ipsemet nec rem penitus novit, nec quidquam periculi quod metuat habet. Sunt & aliæ occultandi viæ eæque ferè innumeræ, quas quidem quivis & legere & investigare per se queat; multò tamen faciliùs literæ ad obsessos, quàm ab his ad amicos permeant, siquidem hi suas nemini, nisi qui transfugam mentiatur, committere possunt, quod quidem suspicione adeoque periculo non caret, modò hostem aliqualiter circumspectum habeas: ii verò qui in urbem scribere cupiunt, sub variis titulis nuncium cui literas curandas tradidêre, in castra oppugnantium ablegare possunt, unde illa oportunitate oblata in urbem ipsam penetrare possit: Sed jam ad expugnationes ipsas deveniamus. Quòd si ergo ea in urbe oppugneris, quæ ex parte interiore fossas, eum ad modum, quem diximus, constitutas non habeat, atque hostem impedire velis, ne per murum qui ad tormentorum vim procubuit, in urbem penetret; (nam ne murus prosternatur, nullo ingenio cavere queas) tum tibi subitò ac tormentorum fulmina animadverteris, intra murum qui petitur, fossa ad minus triginta

ulnas lata ducenda, terraque quæ inde egeritur, omnis juxta fossam exaggeranda est, ut ea tam ad vallum, quàm ad altitudinem fossæ faciat: atque in hoc quidem opere tam sedulò tibi laborandum est, ut antequam murus corruat, humus jam quinque aut sex ulnas egesta sit, atque fossa inter egerendum ex utroque capite propugnaculo, quod casamaltam nuncupamus, muniatur: nam si muri structura adeò firma sit, ut antequam corruat tam fossam, quàm propugnacula ista, absolvere tibi liceat, tum pars illa tormentis prostrata munitione, reliquam urbis partem antecedet, siquidem nova illa structura eam faciem exhibebit, quam ad munienda castra requirimus; at si murus non adeò firmus sit, ut struem illam perficere possis, hîc demum animo virtuteque opus, necessumque fuerit hominibus armatis, adeoque omni tuo robore hosti irruenti resistere. Fuit hic reparandi modus à Pisanis, cùm vos illos oppugnaretis, observatus, neque adeò difficile erat istud perficere, siquidem tam muri ipsis erant firmissimi, quàm terra argillacea, atque aggeribus extruendis aptissima, qua sine re actum de ipsis proculdubio fuisset. Eam obrem prudentissimè feceris, si fossas, uti diximus, intra muros, antequam obsidearis, duxeris, siquidē hac ratione otiosus & tutus hostem exspectare possis. Veteres non raró cuniculis rem agebant, idque duobus

bus potissimùm modis: aut enim cuniculos in ipsam usque urbem agebant, atque per eos in urbem inopinati penetrabant, aut eadem ratione muros evertebant, qui quidem modus posterior hoc sæculo eò magis præstat, quòd urbes quo editiore loco positæ sunt, eò cuniculis magis pateant, quos postmodum si pulvere tormentario expleveris, ignemque immiseris, nō saltem murorum aliquam partem, sed montes ipsos aperiri, munitionesque in multas partes dissilire videas. His verò artibus obviam itur, si in plano ædificaveris, fossasque, quibus urbem cingis, tam altè duxeris, ut hosti altius fodere cupienti aqua ipsa obstet, quæ quidem sola istiusmodi conatibus impedimento est: quòd si autem in colle ædificata urbs sit, quam defendendam suscepisti, tum quidem cuniculorū istiusmodi vim nulla alia via declinare queas, quàm si intra muros aliquot puteos quàm altissimè effodi curaveris siquidem iis, tanquam spiraculis, impetus ille evanescit, neque hosti aliud contrà conari licet. Remedio etiam fuerit, alium cuniculum contra hostium cuniculum ducere, modò constet, qua parte is suum agat, ut autem hoc modo facilè cuniculi eluduntur, ita eos deprehendere difficile est, si cum hoste ꝓvido tibi res sit. Ante omnia verò obsessi caveant ne quietioribus temporibus circumveniantur, cujus modi sunt, postquam strenuè

pugnando desudatum, vel cùm excubiæ dispositæ sunt, quod quidem sub crepuscula fieri solet, præsertim vero dum cibo corpora restaurantur, quo quidem tempore tam urbes permultæ expugnatæ, quàm exercitus ab obsessis deleti fuêre, eam ob rem ex omni parte vigilare & armatū stare decet. Neq; hîc prætereundum censeo, undenam potissimùm difficultas defendendarum urbium vel castrorum dependeat nimirum quòd copias tuas unitas habere nequeas, nam postquam hosti liberum sit, omnibus si velit copiis eam quam sibi delegerit, murorū partem oppugnare, tibi tamen nihilominùs incumbit, omnes aditus tueri atq; præsidiis munire, adeò ut ipse universo exercitu te adgredi, tu verò aliqua saltem copiarū tuarum parte te defendere possis. Huc accedit, quòd obsessi planè devinci possint, ii verò qui obsident, saltem repellantur, licèt obsessorum non defuerint, qui ex urbibus aut castris, numero quantumvis inferiores eruperint, atque hostem ꝓfligaverint & devicerint: sicuti Marcellum apud Nolanos, Cæsarem etiam apud Gallos fecisse legimus, cujus castra cùm ab ingenti Gallorum multitudine oppugnarentur, neque illa defendi possent, quòd copiæ in plures partes dividendæ essent, neque Cæsar intra septa cum impetu in hostem impressionem facere posset, vallum ipsum aliqua ex parte dirui jussit, eaq; omnibus copiis erumpendo tan-

do tanta audacia & virtute hostes adgressus est, ut illos profligaverit atque vicerit. Constantia prætereà eorum qui obsidentur, non rarò hostium animos fregit & superavit, sic Pompejus, cùm Cæsarem, cujus quidem exercitus fame non mediocriter laborabat, in propinquo haberet, atque ipsi Cæsarianorum panis ex oleribus compositus exhiberetur, noluit id militi suo innotescere, ne is adeò infracti animi hoste perturbaretur. Romanis ad laudem in bello cum Hannibale gesto nihil adeò ac infractus ipsorum animus profuit, siquidem pacis mentionem, quantumvis fortuna iniquissima sæpiùs pugnassent, nunquam fecerunt, aut ulla alia ratione animum despondisse visi sunt: imò cùm Hannibal ad urbis portas cum exercitu conspiceretur, ipsi agros illos quos castris suis occupaverat, licitati sunt, eosque pretio majori vendiderunt, quàm pace illos æstimare licuisset, atq; adeò obstinato ubivis animo conspiciebantur, ut ad defendendam urbem suã, ne illum quidẽ militem, quem in agro Campano habebãt, avocari paterẽtur, nam eodẽ tempore quo Roma ab Hannibale premebatur, Romani Capuanos obsidebãt. Nõ sum equidẽ nescius multa hactenus ꝑ me dicta fuisse, quæ ipsimet intelligere atq; etiã investigare potueritis, factum id autem eo animo (quod etiã hodie dictum meministis) quo hac ratione exercitus istius-

istiusmodi, quem nos describendum sumpsimus, vobis liquidius innotesceret, tum etiam ut reliquis satisfieret, modò inter vos ii sint, quibus ista cognoscere hactenus minùs licuerit: Ergo nihil aliud superesse arbitror, quàm ut axiomatibus quibusdam rem concludam, quæ vobis perquàm familiaria esse cupio. Ea verò sic se habent. Quod hosti prodest, id tibi nocet, & vicissim quod tibi conducit, id hosti obest. Qui belli tempore ad deprehendendos hostium conatus plus invigilaverit atq; exercitum suum frequentiùs sub signis atq; exercitiis habuerit, is minoribus periculis expositus erit atque ad victoriam potior aspirare poterit. Nunquam in prælium milites tuos producas, nisi priùs eorum animos confirmaveris, omnemque metum procul abesse cognoveris, neque unquam quidquam coneris, nisi eos victoriam sperare animadverteris. Satius est hostem fame quàm ferro domuisse, siquidem hîc fortunæ quàm virtutis potiores partes sint. Nulli conatus feliciùs succedunt, quàm quos hostem eousque celaveris, donec effectos dederis. In bello occasionem cognoscere atque apprehendere, rebus præstat omnibus. Natura paucos producit fortes, industria verò atque exercitatio multos. Disciplina in bello plus potest, quàm furor. Cùm aliqui adversas partes deserunt, quò tuas sequantur, magno id fiet tuo cum emolumento, si in fide persti-

perstiterint, vires etenim hostium magis franguntur iis qui fugiunt, quàm qui occumbunt, licèt nomen transfugarum tam novis amicis suspectum quàm desertis odiosum esse soleat. Satius est in constituenda ad prelium acie subsidia quædam firmiora post principia locare, quàm militem quemquam præstantiorem in frontem dispergere, quò ea amplior appareat. Haud facilè vincitur qui suas hostiumque vires rectè metiri noverit. Plus facit militũ virtus, quàm copia: Et plus juvat aliquando situs quàm virtus. Res novæ, subitaneæ & inopinatæ exercitum consternare solent, consueta verò & tardiora vilescunt. Militem tuum velitationibus hostem recentem experiri assuescas antequam in prælium descendas Qui ordinibus neglectis hostem profligatum ardentiùs insequitur, nihil aliud agit, quàm ut victor succumbat. Qui annonæ non prospicit, absque armis vincitur. Cui plus fiduciæ in equite quàm in pedite, aut etiam in pedite positum est, is situm perspectum habeat, necesse est. Si exploratorem in castris deprehendere cupias, faxis ut quisque sese intra tentoria sua recipiat. Consilia tua mutes, si ea hosti explorata esse cognoveris. Quæ tibi facienda sint, cum pluribus deliberes, quæ verò facere velis, cum paucis. Milites dum in præsidiis sunt, pœna & prçmio, at in bello, spe & præmio in officio continentur. Boni Duces nunquam ad

præ-

prælium descendunt, nisi aut necessitas aut occasio eos vocaverit. Fac ut hostem lateat, qua ratione exercitum ad prælium componere in animo habeas; quidquid autem hac in parte egeris, faxis ut primi ordines à secundis & à tertiis recipi possint In prælio legionem nunquam ad aliam rem voces, quàm ad eam, cui eam destinaveras, nisi turbare ordines velis. Non exspectata, difficulter avertuntur, prævisa verò facilè. Milites, arma, pecuniæ & annonæ nervi sunt militiæ. at ex his duo priora magis necessaria sunt, siquidem militibus iisque armatis pecuniæ & annona obtingere possit, pecunia verò atque annona milites atque arma non faciat. Dives inermis militi inopi prædæ est. Assuefacias militem tuum ut tam in victu quàm vestitu sobrietatem sapiat. Hæc ergo sunt, quæ generatim vobis proponere volui, licèt non ignorem, multa præterea ad totam hanc dissertationem meam dici, qua ratione nimirum & quot modis veteres turmas suas disposuerint, ut vestiri, ut etiam in multis aliis exercitari consueverint, eaque minutatim exponi potuisse, verùm quòd ea minùs necessaria sint, vosque ipsi ea satis perceperitis, neque etiam mihi animus fuerit, veterem militiam ex omni parte absolutam vobis exhibere, sed ea saltem proponere, quæ ad constituendam hoc sæculo istiusmodi militiam, quæ nostra longè præstet, requiri videbantur,

nolui

noluì de veterum morib plura disserere quàm quæ ad hanc rem necessaria esse judicabam. Agnosco prætereà de milite equestri diffusiùs dici potuisse, navalem etiam militiam superesse, ii enim qui militiam distinguunt, eam in navalem & terrestrem atq; hanc in pedestrem equęstremque tribuunt: verùm de navali verba facere supersedeo, quòd ea minùs mihi explorata sit, sed potiùs Genuensibus & Venetianis id committo, utpote qui ea in militia olim res præclarissimas gesserint: De equite verò plura, quàm hucusque dicta sunt, addere nolim, quòd hæc militiæ pars minùs corruptè habeat: quibus accedit, quòd si peditatus, in quo omne militiæ robur consistit, bene compositus sit, equitatum & ipsum bonũ esse necessariò consequatur. Unum tamen hoc addendum censeo, illi cui militia restaurãda curę est, duo spectanda esse, quo equis præstare possit, primũ, ut equorum generosiorũ greges per ꝓvincias suas distribuat, subditosq; assuescat eorũ fœcunditati, nõ minùs quàm de bobus mulisq; apud vos receptũ est, studere: alterum, ut interdicat, ne cui liceat mulo uti, nisi & equum, quo nimirum emptores equi eò plures habeant, alat, neq; cuiquã unico jumento cõtento, nisi equum ꝑmittat: pannis pręterea vestiri nemini liceat, nisi qui equum aluerit: Atque hanc rationem principẽ quendã hoc ævo iniviss͏e, brevique generosissimos equos paraſſe,

rasse, compertum habeo: In reliquis quæ ad hanc materiam pertinere queant, ad ea vos remitto, quæ tam hodie hac de re dicta quàm usu præterea recepta sunt. Exspectare fortassis etiam queatis, quæ in Duce partes requirantur, cui desiderio breviter satisfaciam, siquidem neminem huic muneri præficere velim, quàm cui omnia ista, quæ hactenus dicta fuêre, & perspecta & factu non difficilia sint, licèt his eum contentum esse nolim; sed alia insuper investigare illum jubeo, siquidem nemo, nisi inveniendo polleat, partes suas præclarè tueri queat: nam si inventio inventori honori esse unquam possit, ea certè hac in parte summam laudem tibi conciliabit: Videre etenim licet, omne inventum, licèt exigui planè momenti à scriptoribus celebratum fuisse, sicuti de Alexandro proditum est, eum pileo sarissæ superposito, non buccina, militi movendũ esse, significare consuevisse, cùm clàm discedere hostem cuperet: Cui præterea hoc etiam laudi ducitur, quòd milites suos in conserenda pugna altero genu terræ inniti voluerit, quo eo nimirum firmiores impetum hostiũ exciperent: cùmque hac ratione victoriam aliquando adeptus esset, tantam inde laudem reportavit, ut omnes deinceps statuæ, honori ipsius tributæ, in hunc modum constituerentur. Verum tempus ipsum monet, ut tandem finem huic sermoni imponamus, ad rem itaq;

redeam, ut aliqua ex parte pœnā illam effugiā, qua apud vos illos proscribere consuevistis, q ad vos reverti nolunt. Quòd si ergo Cosme rectè meministi, quamobrem in hunc sermonē inciderimus; dixeras nimirum una quidē manu veteres me extollere, hosque reprehendere qui in rebus arduis illos imitari nesciant, altera verò, idipsum in militia me minùs secutum, idq; præter rationem tibi esse videbatur: ad quæ responsum fuit, necessum esse priusquā rem adgrediare, ut eā perficere didiceris, quo postea occasione id postulante, eam effectum dare queas: num ego militiā antiquæ dignitati rectè vel minus restituere noverim, neminem nisi teipsum judicem postulo, qui me ea de re hactenus copiosè disserentem audivisti, atq; inde colligere potuisti, quantum mihi temporis in hisce curis impensum fuerit, neq; dubitare velim, hinc tibi conjicere licuisse, quanto cum studio & desiderio hæc reipsa aliquando comprobasse cupiam, licèt facilè colligere possis, an unquam ea conari per occasionem mihi hactenus licuerit: verùm quo omnē hac de re scrupulum vobis eximam, meque omni ex parte purgatū exhibeam, non gravabor ea superaddere, atq; hac ratione pollicitationi præterea meæ aliquo modo satisfacere, quæ tam ad difficultatem quàm facilitatem hujus incœpti facere posse videantur. Stet itaq; hoc

immotum, nihil eorum, quæ homines nostro hoc sæculo agunt, faciliùs ad veterem disciplinam, quam ipsam militiam reduci posse, verũ id ab iis solummodò, quib. tam ampla provincia obtigit, ut ex subditorũ juventute ad minimum quindecim vel viginti millia optare possint: econtrà nihil adeò ac idipsum effectu difficile est, iis nimirũ qui ea commoditate destituti sunt: atq; adeò ut hanc rem penitùs intelligatis, scire vos velim, duorum esse generum Duces, qui laudem in re militari adepti sunt. Alterum eorum qui cũ exercitu naturali quadam disciplina imbuto rem prẹclarè administrârunt, ex quibus fuêre pleriq; civiũ Romanorum, atq; etiam alii, quib. bonus miles obtigit, utpote quibus nulla alia cura incumberet, quàm ipsum in eo gradu conservare, atq; etiam tutò conducere: Alterum eorum, quibus non saltem hostis devincendus, sed antequam in illius conspectum veniret, etiã cum militũ suorum negligentia ac desidia pugnandũ erat, quo illos ordinibus ac disciplina reliqua bonos producerent: atque hos majore quidem laude dignos esse, nemo, meo judicio, facilè negaverit Ex horum numero fuêre Pelopidas, Epaminondas, Tullus Hostilius, Philippus Macedo Alexandri pater, Cyrus Persarũ Rex, Gracchus Romanus, Corbulo, quib. omnibus laborandum fuit, ut exercitũ priùs erudirent, quàm

quàm cum hoste cōgrederentur, atque id quidem facilè perficere poterant, tam quòd prudentiâ pollerent, quàm quòd subditis imperarent, quos ea in arte instituere & exercere possent: neque sanè fieri unquā potuisset, eorum quemquam quantumvis præstantissimum in aliena ditione, quæ hominibus corruptis, iisq; qui bene monenti obtemperare nescirent, abundaret, egregii quidquā perficere. Eam ob rem nihil est, si in Italia exercitum bonum regere noris, sed inprimis requiritur, ut eum & bonum efficere & bene imperare scias: Atqui hoc præstare valeant, eos Principes istiusmodi esse necesse est, quib. ꝓvinciæ ampliores subditorumq; copia obtigit, quod à me quidē expectari nequeat, qui nunquam nisi militē extraneū duxi, nec ducere possim, nisi qui aliis, non mihi obstrictus sit: num verò inter hos quidquam eorum quæ hactenus dicta fuêre, introduci queat, id quidem vestro committo judicio. Nam qua ratione, obsecro, ego militē nostratem adducerem ad cibum trium dierū, ligonemq; præter arma ipsi consueta bajulandum? qua via illum ad fodiendum, atq; ad illa exercitia ficta indies aliquot horas adigerem, sine quib. in justa pugna mihi inutilis futurus esset? quando aleam, libidines, blasphemias, atq; violentiā, quib. inhærēt, ipsis excuterem? quando disciplina, obedientia atq; reverentia

eos tanta imbuerem, ut poma in castris pendẽtia intacta relinquant? Sicuti apud veteres sæpiùs evenisse legimus. Quid ipsis porrò polliceri queam, cujus ductu me vel ament, vel metuant, siquidem finito bello vix unquã me cõspecturi sint? unde ipsis ruborẽ incutiam, qui absq; fronte atq; pudore creverunt: qui etiam me metuant, cùm me ne noverint quidem? Per quos, obsecro, Deos Sanctósve illos juratos habeam, per eos ne quos venerantur, an in quos blasphemi sunt? qui etenim illos adorẽt, novi neminem, id verò scio, blasphemos omnes esse. Qui credam illos promissis erga hos staturos, quos omni momento spernere consueverunt? qui homines revereri queat, cui moris est in Deum injurium esse? quæ vestram fidem imploro, forma melior in istiusmodi materiã imprimi unquã possit? Quòd si verò Helvetios atq; Hispanos tanquam bonos mihi objiciatis, fatebor quidem lubens, istos bonitate Italos longè antecellere, at si disputationem meã rectè notare, tum etiã utrosq; accuratiùs contemplari volueritis, facilè animadvertetis, multa in ipsis ne ad Priscorum virtutem perfectionemq; ascendant, hactenus deesse: atque Helvetii quidem naturali quodam usu, qui iis ex causis, quas modò recensui, oriri solet, boni sunt, hi verò necessitate: nam cùm Hispani in regione aliena militent, ipsisq; persuasum sit

sibi

ſibi rebus ſic conſtitutis, aut occumbendū aut vincendum eſſe, quòd nulla ipſis ad fugam via pateat, inde quidem boni evaſerunt, at bonitas illa multis defectibus nō caret, ſiquidem in ea boni nihil ſupereſt, niſi ꝙ aſſuefacti ſint hoſtē uſq; ad primos haſtarum gladiorumq; ictus exſpectare: id autē quod in ipſis deſideratur, nemo mortalium ipſis perſuadeat multò minùs is, qui ipſorum linguā non calleat. Verùm ad Italos revertamur, qui quidem quod principibus prudentioribus deſtituti fuerint, nihil ꝓbioris diſciplinæ edocti fuêre, neque etiam ſponte ſua quidquam imitati ſunt, quòd ea neceſſitate, quæ Hiſpanos impellit, carerent, adeò ut orbi terrarum vituperio ſint. licèt populus extra culpam ſit, eaque principibus inhæreat, quos quidem pœna debita conſecuta eſt, poſtquam regnis eam ob negligentiam atque oſcitantiam exuti fuerint, neque quidquam interea egregii geſſerint. Quòd ſi autem vera quæ dixi eſſe, minùs hactenus perſpexeritis, libeat ſaltem vobis in memoriam revocare, quot bella à Regis Gallorum Caroli VIII. tranſitu in Italiam hanc regionem hucuſque agitaverint; nam licèt bella homines fortes, præſtantes & bellicoſos producere ſoleant, hæc tamen quò graviora atque funeſtiora hactenus geſta ſunt, eò magis omnem tam membrorum quàm capitum exi-

ſtimationem funditus deleverunt: quod inde evenire ſtatuere licet, quòd recepti mores boni nec fuerint nec ſint, recentiores verò recipere nemo curaverit. Neque verò exiſtimetis militi Italo exiſtimationem ſuam unquam revicturam, niſi ea id ſuccedat via, quam modò demonſtravi, iisque ducibus, qui regiones in Italia ampliores obtinent: ſiquidem hæc methodus ingeniis quantumvis ſimpliciſſimis & craſſioribus, non malitioſis, malè educatis aut extraneis imprimi poteſt. Neq; etenim ſtatuarius licèt abſolutiſſimus artifex unquam conabitur, ex marmore malè adaptato ſtatuam perfectam elaborare, ex rudi verò materia id facilè aſſequetur. Perſuaſi erant Itali principes noſtri, antequam Tranſalpinorum militiam experti eſſent, ſufficere principi, ſi concinnè apteque epiſtolam conſcribere, literam elegantem ducere, inque dictis acumen & promptitudinem oſtentare, fraudes præterea aſtutè texere, auro gemmisque radiare, atque denique majore cum ſplendore atque apparatu menſis lectisque vacare noviſſet, ſi laſcivia omnia diffluerent, ſi erga ſubditos avarè & ſuperbè ſe haberet, in otio porrò marceſceret, gradus militares non virtutis, ſed benevolentiæ habita ratione diſtribueret, il-

los qui meliorem viam demonstrarent, contemneret, atque tandem, ut dicta sua pro oraculis haberentur, cuperet: neque interim miseri animadvertebant, ea ratione omnibus prædæ se exponi, qui sese aggredi in animum induxissent. Hinc verò factum est, ut anno 1494. omnia terrore fugaque miscerentur, & quasi miraculi instar omnia occuparentur, adeò ut tres potentissimi Italiæ status direptioni prædæque prostituerentur: quod verò summè deplorandum est: ii ipsi, qui ab hac clade nobis supersunt, iisdem erroribus insistunt, neque ad animum revocant, eos qui olim sua defendere nitebantur, omnia ea accuratè observasse, quæ hactenus à me dicta fuêre, atque adeò tam corpus ad tolerandos labores, quàm animum ad ferenda adversa roborasse. Hinc verò legimus, Alexandrum, Cæsarem, atque adeò omnem istum præstantissimorum Ducum numerum, armatos peditesque incessisse, & si qui ipsorum regionibus exuti fuêre, eos vitam unà periclitari atque fortiter tam vixisse quàm occumbere maluisse. Licèt etenim nimia ambitio, quæ ipsos ad exornandam linguam stimulabat, in quibusdam eorum reprehendi queat, nunquam tamen eò descenderunt, ut ipsis ea quæ homines molliores reddunt atq;

enervant, meritò objici possint, quæ quidem si nostris principibus lecta creditaque forent, fieri vix posset, quin tam ipsi rationem vivendi consuetam, quàm ipsorum provinciæ fortunam mutarent. Tandem cùm in principio hujus sermonis ordines vestros, quos ordinantias vulgò nuncupamus, improbaveris, ego quidem de his sic sentio, si eæ ad modum, quem proximè delineavi, compositæ sint, nihilominùs tamen partes suas minùs dextrè peregerint, non immeritò te eas improbasse, quòd si verò non eum ad modum constitutæ atque ordinatæ sint, eæ potiùs de vobis quod conquerantur, habent, quòd nimirum embrionem, quàm partum perfectum producere malueritis. Veneti quidem, Ferrariæque Regulus hanc normam sequi aliquando cœperunt, verùm eam denuò intermiserunt, atque id sua, non suorum culpa. Ego quidem affirmare ausim, eum qui primus ex Regulis nostris hanc viam secutus fuerit, facilè omnem hanc provinciam sibi subjecturum, idemque huic, quod Regno Macedonico eventurum, quod cùm in manus Philippi incidisset, qui ab Epaminonda Thebano militiam disponere didicerat, duce istiusmodi ordinatione atque exercitamentis (dum reliqua

liqua Græcia in otio senesceret, atque Comœdiis pasceretur) adeò potentia excrevit, ut eam paucorum annorum spatio totam & occuparet, & filio viam muniret, qua universum deinceps orbem sibi subjicere posset. Qui igitur curas hasce contempserit, siquidem Princeps sit, principatum suum, si verò plebei ordinis, civitatem suam eum negligere meritò audire debeat. Mihi verò naturam inimicam fuisse statuo, quæ quidem aut hanc mihi scientiam negare, aut facultatem, qua eam effectum dare possem, suppeditare debuerat; neque crediderim me deinceps hac mea senecta istiusmodi occasionem adepturum: eam ob rem liberaliter hæc apud vos deponere mihi libuit, quibus utpote adolescentibus atque prudentibus liceat, modò hæc vobis placeant, ea debito tempore in commodum vestrorum principum proponere atque in usum revocare: qua de re vos desperare omninò nolim, siquidem hæc regio ad id nata videatur, in qua artes intermortuæ reviviscant, sicuti de poësi, pictura & scriptura factum experti sumus, de me verò si id exspectetis, libenter fatear, quòd annorum jam nimium mihi sit, me id planè desperasse: At si fortunæ præterito tempore libuisset eam mihi provinciam

ciam largiri, quanta hujuſcemodi conatibus ſufficere potuiſſet, arbitror me brevi tempore univerſo orbi, quantum Priſcorum militia præſtet, demonſtraturum, atque hanc vel magna cum gloria amplificaturum, vel ſaltem abſque ignominia amiſſurum fuiſſe.

FINIS.

